

V
B J
C
BIBLIOTHECA
UNIV. IAGELL.
CRACOVIENSIS


V
B J
C
188252
I



a b j

Ex Libris Joan: Bachmeier
Cur: [illegible] D. T. [illegible] Strass

PE
AI
RA
NE

Nro. 2.

CATECHISMVS
MAGNVS

PER QVAESTIONES ET RESPONSIONES, ADDVCTIS VBIQVE SACRAE SCRIPTVRAE LOCIS, DISPOSITVS, EX GERMANICO SERMONE IN LATINAM LINGVAM TRANSLATVS ISIDORO CHROSCINSKI GYMNASII TARNOVIENSIS PRAEFECTO INTERPRETE.


ANNO MDCCXC.





TARNOVIÆ,
Typis Jos. Georgii Matyaſzowski Epiſc. Tarnovienſis Typogr.





Introductio
IN
CATECHISMVM.

Q. Quid eſt Catechismus?

R. Catechismus eſt inſtitutio Chriſtiano Catholicae religionis elementorum; ita quoque appellatur vulgo liber, in quo doctrina haec continetur.

Q. Quot capitibus doctrina Chriſtiano Catholica in hoc Catechismo continetur?

R. Doctrina Chriſtiano Catholica in hoc Catechismo quinque capitibus cum una appendice continetur.

Q. Quae ſunt illa quinque capita?

R. Illa quinque capita ſunt:

1. Fides.
2. Spes.
3. Charitas.
4. Septem Sacramenta.
5. Juſtitia Chriſtiana.

Appendix de quatuor noviſsimis.



CApVT I.



De Fide

I. Sectio.

Quid ſit Catholica Fides.

Q. Quid eſt Fides Catholici Chriſtiani?
R. Fides Chriſtiani Catholici eſt supernaturale lumen, eſt donum Dei, a Deo infuſa virtus, per quam ille firmiter, et omni remoto dubio credit ea eſſe vera, quae Deus revelavit, et Catholica Eccleſia credenda proponit, ſive illa ſcripta ſunt, ſive non ſcripta.

Q. Quid eſt Chriſtiano Catholice credere?
R. Chriſtiano Catholice credere, eſt, omnia vera eſſe exiſtimare, quae Deus revelavit, et quae Eccleſia credenda proponit, ſive illa scripta ſunt, ſive non ſcripta.

Q. Sufficit ne ad ſalutem animae, ſi Catholicus Chriſtianus corde tantum credat, quae Deus revelavit?

R. Ad ſalutem animae non ſufficit, ſi Catholicus Chriſtianus corde tantum credat, quae Deus revelavit, debet præterea

1. Fidem ſuam operibus demonſtrare. (a)
2. Quod corde credit, ſi opus eſt, ore palam facere. (b)

Q. *Quare debemus credere id, quod Deus revelavit?*

R. Debemus credere id, quod Deus revelavit, quia Deus eſt aeterna veritas (c) et infinita ſapientia, quae nec falli, nec fallere poteſt.

a) *Quid proderit Fratres, ſi fidem quis dicat ſe habere, opera autem non habeat, nunquid poterit fides ſalvare eum? Iac. II. 14.*
Sicut corpus ſine ſpiritu mortuum eſt: ita et Fides ſine operibus mortua eſt. Iac. II. 26

b) *Corde enim creditur ad juſtitiam: ore autem confeſsio fit ad ſalutem. Rom. X. 10.*

c) *Principium Verborum tuorum veritas. Pſal. CXVIII. 160.*



Q. *Unde ſcimus ea, quae Deus revelavit?*

R. Ea, quae Deus revelavit, ſcimus partim ex ſcripto, partim etiam ex non ſcripto verbo Dei.

Q. *Quid intelligis per verbum Dei ſcriptum?*

R. Per verbum Dei ſcriptum, quod Sacra Scriptura dicitur, aut Biblia, intelligo collectionem eorum librorum, qui dictante Spiritu S. a ſanctis viris ſcripti, et ut tales a Catholica Eccleſia agniti, et declarati ſunt.

Q. *Quid intelligis per verbum Dei non ſcriptum?*

R. Per verbum Dei non ſcriptum, quod etiam Traditio, ſive oralis doctrina appellatur, intelligo eas fidei et officii doctrinas, quas aut Apoſtoli ab ipſo Chriſto audiverunt, aut dictante Spiritu S. docuerunt, ſed ſcriptas non reliquerunt.

Q. *Ubi ſervatur Traditio?*

R. Traditio tantum in Eccleſia Catholica conſtanter, fideliter, et incorrupte ſervatur.

Q. *Cur Catholicus Chriſtianus credit Eccleſiae, quoties illa quaedam credenda proponit?*

R.



R. Catholicus Chriſtianus credit Eccleſiae, quoties illa quaedam credenda proponit, ſive illa ſcripta ſunt, ſive non; quia Chriſtus Eccleſiam audiendam eſſe praecepit. (d) quae columna et firmamentum veritatis eſt. (e)

Q. *Utrum Fides unicuique homini ad ſalutem neceſſaria?*

R. Fides unicuique homini ad ſalutem neceſsaria, quia ſine Fide impoſſibile eſt placere Deo. (f)

Q. *Quid debet homo, ſimulac ad uſum rationis venit, neceſsario ſcire et credere ad ſalutem?*

R. Quivis homo, ſimulac ad uſum rationis venit neceſsario ad ſalutem ſcire et credere debet:

---

d) *Qui vos audit., me audit.* Luc. X. 16. *Sin autem Eccleſiam non audierit, ſit tibi ſicut ethnicus & publicanus. Matth.* XXIII. 17.

e) 1. Tim. II. 15.

f) *Hebr. XI. 6.*

1. Deum esse unum.
2. Deum esse justum Judicem, qui remuneratur bonum, & malum punit.(g)
3. Tres divinas Personas ejusdem esse essentiæ & naturæ: Patrem, Filium, & Spiritum S. (h)
4. Alteram divinam Personam factam esse hominem, ut nos morte sua redimeret, & æternum salvaret. (i)

Q. *Quas veritates quivis Catholicus Christianus, praeter superius dictos articulos fidei debet scire et credere?*

R. Quivis Christianus Catholicus praeter superius dictos fidei articulos scire et credere debet: 1. Ani-

---

g) *Credere enim oportet accedentem ad Deum, quia est, et inquirentibus se remunerator. Hebr. XI. 6.*

h) *Tres sunt, qui testimonium dant in coelo: Pater, Verbum, et Spiritus S. et hi tres unum sunt. 1. Ioan. V. 7.*

i) *Et ideo novi testamenti mediator est, ut morte intercedente in redemtionem earum praevaricationum, quae erant sub priori testamento, repromissionem accipiant, qui vocati sunt aeternae haereditatis. Hebr. IX. 15.*

1. Animam hominis esse immortalem. (k)
2. Gratiam Dei ad salutem esse necessariam. (l) et hominem sine gratia Dei nihil meritorii ad vitam aeternam agere posse. (m)

Q. *Quid est gratia, quae ad salutem est necessaria, sine qua homo nihil meritorii ad vitam aeternam agere potest?*

R. Gratia, quae ad salutem necessaria est, et sine qua homo nihil meritorii ad vitam aeternam agere potest, est

---

k) *Nolite timere eos, qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere: sed potius timete eum, qui potest et animam, et corpus perdere in gehennam. Matth. X. 28. Et revertatur pulvis in terram suam, unde erat, et Spiritus redeat ad Deum, qui dedit illum. Eccles. XII. 7.*

l) *Sine me nihil potestis facere. Ioan XV. 5.*

m) *Non, quod sufficientes simus cogitare aliquid a nobis, quasi ex nobis, sed sufficientia nostra ex Deo est. 2. Cor. III. 5.*



est internum supernaturale donum, quod Deus creaturis ratione praeditis, absque illarum meritis, ob merita Iesu Christi, impertitur.

Q. *Quae cuivis Catholico Christiano ex praecepto tenenda?*

R. Cuivis Catholico Christiano ex præcepto (n) tenenda.

1. Symbolum Apostolorum. (o)
2. Oratio Dominica. (p) 3. De-

---

n) *Quivis Christianus compendium adductorum ideo scire debet, quia ejus officium est, ea credere et agere, quae in his continentur. Leges quoque adsunt, quae praecipiunt, uti adducta sciamus, hae videlicet:*

o) *Qui baptisari cupiunt, symbolum fidei sciant necesse est, et illud feria quinta ultimae hebdomadae Episcopo recitent. De Consecr. Dist. 4. Can. 58.*

p) I*ta autem Orabitis: Pater noster, qui es in coelis. Matth. VI. 9.*

Parochi moneant fideles, ut symbolum fidei, et orationem Dominicam addiscant; his, qui illud facere negligerent, jejunium et aliam poenitentiam imponant; Conc. Mogunt. a. 813. Can. 45.

3. Decem praecepta Dei, et quinque praecepta Ecclesiae. (q)
4. Septem Sacramenta. (r)
5. Christiana Justitia. (s)

Q.

---

q) *V. Mediolan. Conc. sub Carolo Borromaeo praecipit: qui omnes articulos Symboli Apostolici, simul et praecepta Dei et Ecclesiae, ad quae sub gravi peccato obligamur, insuper Orationem Dominicam memoria non tenet, non absolvatur; nisi promiserit se illa percepturum.*

r) *Tertio Canone Arelatensis Concilii sub Annum. 813. praescribitur: de Baptismo et Sacramentis Fidei quivis Archiepiscopus sibi subjectos Episcopos diligenter et frequenter moneat, ut quivis eorum suos Presbyteros et populum parochianum de baptismo doceat, ut hanc doctrinam non negligat. Ex Catechesi S. Cyrilli discimus baptisatos etiam de aliis Sacramentis eruditos fuisse.*

s) *Declinet a malo, et faciat bonum. 1. Petri. III. 11.*

Q. Ubi ea, quae Catholicus Chriſtianus credere debet, praecipue continentur?

R. Ea quae Catholicus Chriſtianus credere debet, praecipue in Apoſtolorum Symbolo fidei continentur.

Q. Quibus verbis effertur Apoſtolorum fidei Symbolum?

R. Apoſtolorum fidei Symbolum his verbis effertur: Credo in Deum, Patrem omnipotentem, Creatorem coeli et terrae. Et in Ieſum Chriſtum filium ejus unicum, dominum noſtrum: qui conceptus eſt de Spiritu Sancto, natus ex Maria virgine, paſſus ſub Pontio Pilato, crucifixus, mortuus, et ſepultus: deſcendit ad inferos: tertia die reſurrexit a mortuis: aſcendit ad cœlos; ſedet ad dexteram Dei Patris omnipotentis: inde venturus eſt judicare vivos, et mortuos. Credo in Spiritum Sanctum, Sanctam Eccleſiam, Catholicam, Sanctorum Communionem, remiſſionem peccatorum, carnis reſurrectionem, vitam aeternam. Amen.

Q. Quot partes, ſive articulos complectitur Apoſtolorum fidei Symbolum?

R. Apoſtolorum fidei Symbolum complectitur 12 partes, ſeu Articulos.

II. Sectio.

De 12. Fidei Articulis.

Q. *Quomodo ſonat primus Fidei Articulus?*

R. Primus Fidei Articulus ita ſonat: Credo in Deum, Patrem omnipotentem, creatorem Coeli et terrae.

a. De Deo.

Q. *Plures ne ſunt? an unus Deus!*

R: Unus eſt tantum Deus. (a)

Q. *Quid eſt Deus!* R.

---

a) *Audi Iſràèl! Dominus Deus noſter, Dominus unus eſt. Deut. VI. 4. Ego Dominus, non eſt amplius; extra me non eſt Deus. Isa. XLV. 5. Nobis tantum unus eſt Deus Pater, ex quo omnia, et unus Dominus Ieſus Chriſtus, per quem omnia, et nos per ipſum. 1 Cor. VIII. 6.*



R. Deus eſt a ſe ipſo perfectiſſimum Ens. (b)

Q. Quae proprietates Dei ſunt praecipue notandae?

R. Sequentes proprietates Dei ſunt præcipue notandae:

1. Deus eſt aeternus (c) ille ſemper fuit, eſt, et erit.
2. Deus eſt purus Spiritus (d) Ens perfectiſſimum, intellectum, et optimam voluntatem, ſed nullum corpus habens.

3. Deus

---

b) *Quoniam ex ipſo, et per ipſum, et in ipſo ſunt omnia, ipſi gloria in Secula. Amen. Rom. XI. 36. Non eſt ſimilis tui Domine, magnus es tu, et magnum nomen tuum in fortitudine. Ier. X. 6.*

c) *Priusquam montes fierent, aut formarentur terra et orbis, a ſeculo et usque in ſeculum tu es Deus. Pſ. LXXXIX. 2. Regi autem Seculorum, immortali, inviſibili ſoli Deo honor et gloria. 1. Tim. I. 17.*

d) *Spiritus eſt Deus. Ioan. IV. 24.*

3. Deus eſt omniſcius (e) ille ſcit omne praeteritum, praeſens, et futurum, ille ſcit occultiſſimas noſtras cogitationes, et ideo falli non poteſt.

4. Deus eſt ſapientiſſimus (f) ille ordinat omnia ad exequenda ſua conſilia, eligitque ad id aptiſſima media.

5. Deus eſt omnipotens (g) ille cœlum & terram, & omne, quod eſt, creavit, nihil eſt, quod facere non poſſet.

6. Deus

---

e) *Et non eſt ulla creatura inviſibilis in conſpectu ejus, omnia autem nuda & aperta ſunt oculis ejus, ad quem nobis ſermo. Hebr. IV. 13. Omnia enim ſcrutatur Dominus, & univerſas mentium cogitationes intelligit. 1 Paral. XXVIII. --- 9.*

f) *Quam magnificata ſunt opera tua Domine, omnia in ſapientia feciſti. Pſal. CIII. --- 24.*

g) *Dominus omnia, quæcunque voluit, æque in cœlo ac in terra, in mari, & in omnibus abyſſis fecit. Pſ. CXXXVI. 6.*

6. Deus eſt ubique præſens. (h) Ille eſt ubique in cœlo & in terra.
7. Deus eſt ſanctiſſimus (i) vult & amat bonum, & averſatur malum. (k)
8. Deus eſt ſumme verax (l) & fidus, nec mentitur (m) nec fallit.

9. Deus

---

h) *Putas ne Deus e vicino ego ſum? dicit Dominus, & non eſt Deus de longe! ſi occultabitur vir in abſconditis, & ego non videbo eum, dicit Dominus, nunquid non cœlum & terram ego impleo, dicit Dominus. Jer. XXIII. 23 --- 24. Quo ibo a ſpiritu tuo? & quo a facie tua fugiam? ſi aſcendero in cœlum, tu illic es: ſi deſcendero in infernum, ades. Pſal. CXXXVIII -- 7 -- 8.*

i) *Ego ſum Dominus Deus veſter: ſancti eſtote, quia ego ſanctus ſum. Lev. XI --- 44.*

k) *Odiſti omnes, qui operantur iniquitatem. Pſal. V --- 7.*

l) *Eſt autem Deus verax, omnis autem homo mendax. Rom. III --- 4. Omnes viæ tuæ veritas. Pſal. CXVIII -- 151.*

m) *Non eſt Deus, quaſi homo, ut mentiatur, nec ut filius hominis, ut mutetur,*

9. Deus eſt immutabilis (n) eſt ab aeterno & in aeternum in ſe ipſo idem.

10. Deus eſt ſupremum bonum (o) non ſolum in ſe, & ex ſe ipſo ut perfectiſſimum, & optimum Ens, ſed etiam ſumme bonus, & clemens (p) in omnes, quos creavit; omnia bona aut mediate, aut immediate ab ipſo habemus.

11. Deus eſt ſumme miſericors (q) Ille gratiam delictorum noſtrorum facit.

---

dixit, ergo non faciet? locutus eſt, & non implebit? Num. XXIII --- 19.

n) *Ego Dominus, & non mutor. Mal. III -- 6.*

o) *Nemo bonus, niſi ſolus Deus. Luc. XVIII --- 19.*

p) *Laudate Dominum, quia bonus Dominus. Pſal. CXXXIV -- 3. Quid habes, quod non accepiſti? ſi autem accepiſti, quid gloriaris, quaſi non acceperis? 1 Cor. IV. --- 7.*

q) *Dominator Domine Deus, miſericors, & clemens, patiens, & multæ miſerationis, ac verax. Exod. XXXIV -- 6.*



12. Deus eſt ſumme juſtus (r) remuneratur bonum, & punit malum (s)

Q. Sunt ne plures divinae Perſonae.

R. Divinae Perſonae ſunt tres (t)

Q.

---

r) *Dei perfecta ſunt opera, & omnes viæ ejus judicia: Deus fidelis, & absque ulla iniquitate, juſtus & rectus. Deut. XXXII --- 4.*

s) *Secundum autem duritiam tuam, & impœnitens cor, theſaurizas tibi iram in die iræ, & revelationis juſti judicii Dei, qui reddet unicuique ſecundum opera ejus. Rom. II. 5 -- 6.*

t) *Tres ſunt inter ſe diſtinctæ, non ſolum nomine proprio, ſed etiam ſingularibus operibus. Nomina propria harum trium divinarum Perſonarum habentur Matth. XXVIII -- 19. Baptiſantes eos in Nomine Patris, & Filii, & Spiritus ſancti. 1 Ioan. V -- 7. Tres ſunt, qui teſtimonium dant in cœlo: Pater, Verbum & Spiritus ſanctus, & hi tres unum ſunt.*

Singulares virtutes & opera harum trium divinarum Perſonarum habentur Matth. III.

Q. Unde ſcimus tres eſſe divinas Perſonas?
R. Ex ſacra Scriptura ſcimus tres eſſe divinas Perſonas, quarum unicuique. 1. Natura divina (u) & eſſentia.

III -- 16--17. Baptiſatus autem Jeſus, confeſtim aſcendit de aqua, & ecce aperti ſunt ei cœli; & vidit Spiritum Dei deſcendentem ſicut columbam, & venientem ſuper ſe. Et ecce vox de cœlo dicens: hic eſt Filius meus dilectus, in quo mihi complacui. 1. Petri I. 2. Qui ſecundum præſcientiam Dei Patris, in ſanctificationem Spiritus, in obedientiam & aſperſionem ſanguinis Ieſu Chriſti, electi ſunt. Gratia Domini noſtri Ieſu Chriſti, & charitas Dei, & communicatio S. Spiritus ſit cum omnibus vobis. 2. Corint. XIII --- 13.

u) *Natura & eſſentia vocatur notio proprietatum, quæ rebus unius generis competunt. Quoniam vero oſtenſum eſt quamlibet harum trium Perſonarum easdem habere proprietates, ſive divinas perfectiones; hinc colligitur, omnes tres unius naturæ, & eſſentiæ eſſe.*

w)



2. Divinae proprietates.
3. Nomen Dei.
4 Divina opera, &
5. Divinus cultus (w) adduntur.

Q. Quomodo appellantur hae tres divinae Personae?

R

w) *Nemo Deum credens, dubitat, Deo Patri divinas proprietates, nomen divinum, divina opera, & divinum cultum competere; non igitur id probandum respectu Patris, sed tantum respectu Filii Dei, & Spiritus sancti. Sequuntur argumenta divinas has esse Personas probantia.*

Alteri divinæ Personæ Filio tribuuntur:

A. *Divinæ proprietates, sive perfectiones.*

1. *Omnipotentia. Matth. XXVIII--18. Data est mihi omnis potestas in cælo & in terra. Ioann. I--3. Omnia per ipsum (Verbum, per quod Filius Dei intelligitur) & sine ipso factum est nihil.*
2. *Omniscientia. Scit præterita: Vitæ actiones Samaritanæ mulieris. Ioann. IV -- 18 -- 19. Scit præsen-*

tia:



R. Prima divina Persona appellatur Pater, altera Filius, tertia Spiritus sanctus.

---

tia, attamen occulta: Nathanaelis naturam. Ioann. I. --- 48. Staterem in ore piscis. Matth XVII --- 26. Asinum cum ejus pullo. Matth. XXI --- 2. Cogitationes & consilia hominum Luc. XI --- 17. Consilia Judæ proditoris. Ioan. XIII -- 11. Futura: Abnegationem Petri. Fugam, & discipulorum offensionem. Matth. XXVI --- 31. Passionem, mortem, & resurrectionem. Luc. XVIII -- 31 -- 32 -- 33. Eversionem Hierosolymorum. Mat. XXIV- -- 2.

3. *Ubique præsentia: Mat. XXVIII- -- 20. Ego vobiscum sum omnibus diebus, usque ad consummationem seculi.*

4. *In summa: Omnia attributa divina. Coloss. II -- 9. In ipso habitat omnis plenitudo Divinitatis.*



Q. Quod est discrimen inter has tres Personas?

R.

B. *Nomen Divinum.*

Ioan. I -- 1. In principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum. Rom. IX - 5. Ex quibus est Christus secundum carnem, qui est super omnia Deus benedictus in secula. I. Ioan. V --- 20. Scimus, quoniam Filius Dei venit, & dedit nobis sensum, ut cognoscamus verum Deum, & simus in vero Filio ejus. Hic est verus Deus, & vita æterna.

C. *Cultus Divinus.*

Matth. XXVIII --- 19. Baptisantes eos in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti. Per Baptismum Christiani ad colendum Filium & Spiritum S. æque ac ad colendum Patrem consecrantur. Ioan. V --- 23. Ut omnes honorificent Filium, sicut honorificant Patrem, qui misit illum. Philip. II -- 5 -- 11. Hoc enim sentite in vobis, quod & in Christo Je-

R. Inter has tres Perſonas hoc eſt diſcrimen: Pater eſt a ſe ipſo ab aeter-

---

ſu: qui cum in forma Dei eſſet, non rapinam arbitratus eſt, eſſe ſe æqualem Deo --- Propter quod et Deus exaltavit illum, et donavit illi nomen, quod eſt ſuper omne nomen: ut in nomine JESU omne genu flectatur, cœleſtium, terreſtrium, et infernorum, et omnis lingua confiteatur, quia Dominus Jeſus Chriſtus in gloria eſt Dei Patris. Hebr. I-6. Et cum iterum introducit primogenitum in orbem terræ, dicit: Et adorent eum omnes Angeli Dei.

Tertiæ divinæ Perſonæ Spiritui ſancto tribuuntur;

A. *Divina attributa, ſive perfectiones.*

1. *Omniſcientia.* 1. *Cor. II -- 10 -- 12. Nobis autem revelavit Deus per Spiritum ſuum: Spiritus enim omnia ſcrutatur, etiam profunda Dei, ita, quæ Dei ſunt, nemo cognovit, niſi Spiritus Dei.*
2. *Ubique præſentia et omnipotentia:*

1.



aeterno (x) Filius a Patre ab aeterno genitus (y) Spiritus Sanctus a Patre & Filio ab aeterno procedit. (z)

---

1. Cor. XII -- 3 -- 11. Nemo potest dicere: Dominus Jesus; nisi in Spiritu Sancto. Divisiones vero gratiarum sunt, idem autem Spiritus. Et divisiones ministrationum sunt, idem autem Dominus, qui operatur omnia in omnibus. Hœc omnia operatur unus atque idem Spiritus, dividens singulis, prout vult. Quoniam divina attributa separari nequeunt, etiam reliqua eidem tribuuntur, quamprimum (ut deductum est) Omnipotentia, Omniscientia, et ubique Præsentia ipsi tribuuntur.

B. *Divinum Nomen.*

Act. Apost. V --- 3 -- 4. Cur tentavit Satanas cor tuum mentiri te Spiritui Sancto? Non es mentitus hominibus, sed Deo. 1 Cor. 16. Nescitis, quia templum Dei estis? et Spiritus Dei habitat in vobis? 1 Cor. VI-19. An nescitis, quoniam membra vestra templum sunt Spiritus sancti, qui

in

Q. Quae praecipue opera cuilibet divinae Personae tribuuntur? R.

---

in vobis est? hinc deducitur: Deum esse Spiritum sanctum, qui enim possent, siquidem Spiritus sanctus in Christianis habitat, Christiani templum Dei appellari?

C. *Divina opera.*

1 *Cor. XII -- 1 -- 6 -- 11. De Spiritualibus autem donis nolo vos ignorare Fratres -- Et divisiones operationum sunt, idem vero Deus, qui operatur omnia in vobis. Haec autem omnia operatur unus atque idem Spiritus dividens singulis, prout vult.*

D. *Divinus Cultus.*

Matth. XXVIII --- 19. Baptisantes eos in Nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti. Per Baptismum Christiani ad colendum Spiritum sanctum aeque ac ad colendum Deum Patrem et Filium consecrantur. 2 Cor. XIII --- 13. Gratia Domini nostri Jesu Christi, et Charitas Dei, et communicatio Sancti Spiritus sit cum omnibus vobis. Amen. His verbis

salu-



R. Haec, quae ſequuntur, opera cuilibet divinae Perſonae tribuuntur:
Patri, Creatio. (aa)
Filio, Redemtio. (bb)
Spi-

ſalutat Paulus Corinthios. Præceptum erat: Num. VI -- 23 - 24. Ut populo benedicatur per invocationem nominis Dei. Spiritus Sanctus ita eſt Deus, cum Paulus præcepti gnarus in ſalutatione Nomine Spiritus ſancti utatur.

x) *Pater a nemine factus, nec creatus, nec genitus. S. Athan.*

y) *Dixit Dominus ad me: Filius meus es Tu, Ego hodie genui Te. Pſal. II--7,*

z) *Cum autem venerit Paraclitus, quem Ego mittam vobis a Patre, Spiritum veritatis, qui a Patre procedit. Ioan. XV--26. Cum autem venerit ille, Spiritus veritatis --- ille me clarificabit, quia de me accipiet, & annunciabit vobis. Ioan. XVI -- 13 -- 14.*

aa) *Credo in Deum, Patrem Omnipotentem, Creatorem cœli & terræ.* Symb. Apoſt.

bb) *Juſtificati gratis per gratiam ipſius, per redemtionem, quæ eſt in Chriſto Jeſu.* Rom III -- 24.

cc)

Spiritui ſancto, Sanctificatio. (cc)

Q. Quomodo hae tres divinae Perſonae ſimul appellantur.

R. Hae tres divinae Perſonae appellantur ſimul: Sanctiſſima Trinitas.

Q. Qui profitetur Catholicus Chriſtianus Sanctiſſimam Trinitatem?

R. Catholicus Chriſtianus profitetur Sanctiſſimam Trinitatem per ſignum ſanctae Crucis, cum ille faciendo Crucem, quamlibet harum trium Perſonarum nominat.

Q. Quid praeterea Catholicus Chriſtianus profitetur per ſignum ſanctæ Crucis?

R. Catholicus Chriſtianus profitetur etiam per ſignum ſanctae Crucis, quod Jeſus Chriſtus, quoniam in Cruce mortuus eſt, nos ſua morte redemerit.

Q. Quomodo fit Crux?

R. Crux fit dextra manu; cum ea frontem, os, & pectus ſignamus, dicendo: in nomine Patris † & Filii † & Spiritus Sancti † Amen.

b. De

---

cc) *Sanctificati eſtis --- in Spiritu Dei noſtri. 1 Cor. VI -- 11.*

a)



b. De Creatione.

Q. Quis creavit omnia?
R. Deus coelum & terram, & omnia, quae ſunt, creavit. (a)
Q. Quid ſignificat hæc vox: creare?
Q. Haec vox, creare, ſignificat ex nihilo rem educere.
Q. Quae ſunt praecipuae Creaturae Dei?
R. Praecipuae Creaturae Dei ſunt: Angeli, & homines.
Q. Quid ſunt Angeli?
R. Angeli ſunt puri Spiritus (b) ratione & voluntate praediti, corporis expertes.
Q. Cur Deus creavit Angelos?

R.

---

a) *In principio creavit Deus Cœlum & Terram. Gen. I--- 1. Verbo Domini cœli firmati ſunt: & Spiritu oris ejus omnis virtus eorum. Pſal. XXXII--6.*
b) *Qui facis Angelos tuos Spiritus. Pſal. CII-- 4. Qui facit Angelos ſuos Spiritus, & miniſtros ſuos flammam ignis. Hebr. I--- 7.*

c)

R. Deus creavit Angelos, ut eum colerent, amarent, adorarent, ei ſervirent (c) atque homines cuſtodirent. (d)

Q. Quomodo Deus creavit Angelos?

R. Deus creavit Angelos ſuae gratiae & plurimarum Perfectionum participes.

Q. Utrum omnes Angeli in gratia Dei permanſerunt.?

R. Multi Angeli gratiam Dei per peccatum ſuperbiae amiſerunt. (e)

Q. Qua poena Deus ſuperbos Angelos affecit?

R. Deus ſuperbos angelos, qui daemones appellantur, æternum abjecit, & in tartara detruſit. (f) Q.

---

c) *Benedicite Domino omnes Angeli ejus, potentes virtute, facientes verbum illius, ad audiendam vocem ſermonum ejus. Pſal. CII -- 20.*

d) *Angelis ſuis mandavit de te: ut cuſtodiant te in omnibus viis tuis. Pſ. XC-11-*

e) *Ecce, qui ſerviunt ei, non ſunt ſtabiles, & in Angelis ſuis reperit pravitatem. Job. IV -- 18.*

f) *Deus Angelis peccantibus non pepercit, ſed*

Q. *Quae ſunt ſecundum Angelos praecipuae creaturae Dei?*
R. Homines ſunt ſecundum Angelos praecipuae creaturae Dei.
Q. *Ex quo conſtant homines?*
R. Homines conſtant ex corpore & immortali anima. (g) quae ad imaginem Dei (h) creata eſt.
Q. *Cur Deus homines creavit.*
R. Deus homines creavit, ut eum agnoſcerent, (i) colerent (k) ama-

---

ſed rudentibus inferni detractos in tartarum tradidit cruciandos, in judicium reſervari. 2 *Petri II -- 7.*

g) *Formavit igitur Dominus Deus hominem de limo terræ, & inſpiravit in faciem ejus ſpiraculum vitæ, & factus eſt homo in animam viventem. Gen. II -- 7. Argumentum immortalem animam eſſe probans vide ſuperius Nota* (k.

h) *Et creavit Deus hominem ad imaginem ſuam. Ad imaginem Dei creavit illum. Gen. I -- 27.*

i) *Hæc eſt autem vita æterna: ut cognoſcant te ſolum Deum verum, &*

quem

rent (l) adorarent, illi ſervirent, obedirent, & aeternam ſalutem adipiſcerentur. (m)

Q. *Utrum homines Deo obſequentes manſerunt?*

R. Jam primus homo Adam cum ſua conjuge Eva Deo inobſequens fuit.

Q. *Qua ratione primus homo inobediens Deo ſuit?*

R. Primus homo in Paradiſo fructum arboris comedit, cujus uſum ei Deus interdixit, & hac ratione peccavit. (n)

Q.

---

quem miſiſti Jeſum Chriſtum. Ioan. XVII -- 3.

k) *Ego omnem, qui invocat nomen meum, in gloriam meam creavi eum. Iſ. XLIII -- 7.*

l) *Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, ex tota anima tua, & in tota mente tua. Matt.* XXII -- 37.

m) *Deus vult omnes homines ſalvos fieri, & ad agnitionem veritatis venire. 1 Tim. II -- 4.*

n) *Gen. III -- 6.*

(o)

Q. *Soli ne primo homini hoc peccatum malo fuit?*

R. Hoc peccatum non ſoli primo homini, ſed etiam nobis, qui ab eo genus ducimus, malo fuit; illud nobis mortem temporalem (o) & aeternam, aliaque praeterea mala corporis & animae conciliavit.

Q. *Abjecit ne Deus aeternum homines aeque ac ſuperbos angelos?*

R. Deus homines non aeternum, quemadmodum ſuperbos angelos, abjecit.

Q. *Quid promiſit Deus ad liberandos homines peccati cauſa abjectos?*

R. Ad liberandos homines peccati cauſa abjectos promiſit Deus ſe Salvatorem miſſurum, (p) qui etiam Meſſias dicitur. §. 2.

---

o) *Sicut per unum hominem peccatum in hunc mundum intravit, & per peccatum mors, & ita in omnes homines mors pertranſiit, in quo omnes peccaverunt. Rom. V -- 12.*

p) *Inimicitias ponam inter te, & mulierem, & ſemen tuum, & ſemen illius: ipſa conteret caput tuum, & tu inſidiaberis calcaneo ejus. Gen. III -- 15.*

§. 2. De Altero

Fidei Articulo.

Q. Quomodo ſonat alter fidei Articulus?
R. Alter Fidei Articulus ita ſonat: Et in Jeſum Chriſtum Filium ejus unicum, Dominum noſtrum.
Q. Quis eſt Jeſus Chriſtus?
R. Jeſus Chriſtus eſt:
1. Unicus Filius Dei Patris. (a)
2. Deus juxta ac homo. (b)
3. Noſter Dominus, (c) legislator, et Magiſter. (d) C Q.

---

a) *Sic Deus dilexit mundum, ut Filium ſuum unigenitum daret. Ioan. III -- 16.*
b) *Parvulus natus eſt nobis, et vocabitur nomen ejus admirabilis, conſiliarius, Deus. Iſa. IX --- 6. Unus eſt Deus, unus et mediator Dei et hominum, homo Chriſtus Jeſus. 1 Tim. II --- 5.*
c) *Data eſt mihi omnis poteſtas in coelo et in terra. Matth. XXVIII -- 18. Vos vocatis me Magiſter, et Domine; bene dicitis: ſum etenim: Ioan. XIII -- 13.*
d)

Q. *Quid ſignificat Jeſus?*
R. Jeſus ſignificat Salvatorem.
Q. *Cur Jeſus dicitur Salvator?*
R. Jeſus dicitur Salvator, cum per eum nobis ſalus obtigerit, cum ille nos a culpa et poena peccati, morteque aeterna liberaverit. (e)
Q. *Quomodo inſuper Jeſus appellatur?*
R. Jeſus inſuper appellatur Unctus (f)

---

d) *Spiritus Domini ſuper me: propter quod unxit me, evangeliſare pauperibus miſit me. Luc. IV -- 18. Apparuit gratia Dei Salvatoris noſtri omnibus hominibus, erudiens nos, ut abnegantes impietatem, et ſecularia deſideria: ſobrie et juſte, et pie vivamus in hoc ſeculo, expectantes beatam ſpem, et adventum gloriae magni Dei, et Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti. Tit. II -- 11 -- 13.*

(e *Pariet filium, et vocabis nomen ejus Jeſum: ipſe enim ſalvum faciet populum ſuum a peccatis eorum. Matth. I --- 21.*

f) *Quomodo unxit Jeſum a Nazareth Deus Spiritu ſancto et virtute. Act. Apoſt. X --- 38.*

Q. *Cur Jesus Christus unicus Dei Filius appellatur?*

R. Jesus Christus unicus Dei Filius appellatur ideo, quod sit unicus a suo Patre coelesti ab aeterno genitus.

Q. *Quomodo Jesus Christus est Deus juxta ac homo?*

R. Jesus Christus est Deus juxta ac homo, cum sit Deus ab aeterno, et homo in tempore factus. (g)

Q. *Est ne Jesus Christus coelesti Patri aequalis?*

R. Jesus Christus est suo Patri coelesti, ut Deus, in omni aequalis, (h) ut ho-

---

g) *Misit Deus Filium suum factum ex muliere, factum sub lege, ut eos, qui sub lege erant, redimeret. Gal. IV -- -- 4 -- 5.*

h) *Ego et Pater unum sumus. Ioan. X -- 30. Ut omnes honorificent Filium, sicut honorificant Patrem. Ioan. V - 23. Jesus Christus, cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est, esse se aequalem Deo. Phil. II -- 6.*

i) *Pa-*

homo vero non eſt aequalis, ſed minor. (i)

Q. *Cur Jeſus Chriſtus appellatur noſter Dominus?*

R. Jeſus Chriſtus appellatur noſter Dominus; quia eſt Deus, et noſter Redemtor.

Q. *Cur Filius Dei homo factus eſt?*

R. Filius Dei homo factus eſt, ut nos ſua morte in cruce redimeret, (k) et ſaluti noſtrae conſuleret.

§. 3. De Tertio Fidei Articulo.

Q. *Quomodo ſonat tertius Fidei Articulus?*

R. Tertius Fidei Articulus ita ſonat: qui

---

i) *Pater major me eſt. Ioan. XIV -- 28.*

k) *Quia pueri communicaverunt carni et ſanguini, et ipſe ſimiliter participavit eisdem: ut per mortem deſtrueret eum, qui habebat mortis imperium, id eſt: diabolum; et liberaret eos, qui timore mortis per totam vitam obnoxii erant ſervituti. Hebr. II -- 14--15.*

l) *Do-*

qui conceptus eſt de Spiritu ſancto, natus ex Maria Virgine.

Q. *Habet ne Jeſus Patrem?*

R. Jeſus, ut Deus, habet coeleſtem Patrem, (l) ut homo, nullum habet Patrem. (m)

Q. *Non ergo Joſeph Sponſus Mariae Pater Chriſti fuit?*

R. Joſeph fuit tantum Pater Nutricius Jeſu Chriſti (n)

---

l) *Dominus dixit ad me: Filius meus es tu, ego hodie genui te. Pſal. II -- 7.*

m) *Ecce virgo concipiet, et pariet filium, et vocabitur nomen ejus Emmanuel. Iſa. VII --- 14.*

n) *Jeſus erat incipiens quaſi annorum triginta, cum docere coepiſſet, et putabatur filius Joſeph. Luc. III -- 23. Dixit Maria ad Angelum: quomodo fiet iſtud, quoniam virum non cognoſco? et reſpondens Angelus dixit ei: Spiritus ſanctus ſuperveniet in te, et virtus Altiſſimi obumbrabit tibi. Ideoque et quod naſcetur ex te, ſanctum, vocabitur Filius Dei. Luc. I -- 34 35.*

Q. *Habuit ne Jesus Matrem?*

R. Jesus, ut Deus, nullam habuit matrem, ut homo, habuit matrem beatissimam Virginem Mariam. (o)

Q. *Cur Maria Mater Dei appellatur?*

R. Maria mater Dei appellatur, quia Jesum Christum genuit, qui aeque Deus ac homo est.

Q. *De quo Maria Jesum concepit?*

R. Maria Jesum de Spiritu sancto concepit. (p)

Q. *Ubi Maria Jesum peperit?*

R. Maria Jesum in civitate Bethleem in stabulo peperit. (q)

Q. *Quid Christo in lucem edito praecipuum accidit?*

R. Nativitas Christi est annuntiata.

Q. *Quomodo Nativitas Christi est annuntiata?*

R. Nativitas Christi est annuntiata:

1. Per

---

o) *Unde hoc mihi, ut veniat mater Domini mei ad me? Luc. I -- 43.*

p) *Quod in ea natum est, de Spiritu sancto est. Matth. I -- 20.*

q) *Luc. II --- 4 -- 7.*

r)



1. Per angelum paſtoribus (r)
2. Per ſtellam Magis in oriente.
3. Per Magos Herodi, et per legis peritos (s)
4. Per Simeonem et Annam in templo (t)

Q. *Quid poſt annuntiationem Nativitatis Chriſti actum?*

R. Poſt annuntiationem Chriſti:

1. Paſtores venerunt propere ſpectatum id, quod ipſis per Angelum annuntiatum fuit. (u)
2. Chriſtus octava die ex praeſcripto legis circumciſus, et Jeſus appellatus fuit. (w)
3. Magi ex oriente adorarunt eum, aurum, thus, et myrrham offerentes. (x)
4. Crudelitatem Herodis, qui illum occidere voluit, fugiens in Ægyptum, vitavit. (y)

5. In-

---

r) *Luc. II -- 9.* s) *Matth. II -- 2 -- 4 -- 5.* t) *Lucae. II -- 29 -- 38.* u) *Luc. II- - 15 -- 16.* w) *Luc. II -- 21.* x) *Matth. II -- 11.* y) *Matth. II -- 13.*

z)



5. Inde, mortuo Herode, venit Nazareth, et ibidem educatus fuit. (z)

Q. *Quae ſunt ſcitu digniora de pueritia Jeſu Chriſti?*

R. De pueritia Jeſu Chriſti ſcitu digniora ſunt:

1. Jeſus, cum eſſet duodecem annorum, venit cum ſuis parentibus Hieroſolymam.
2. Hieroſolymis remanſit, et poſt triduum in templo a parentibus inventus inter doctores ſedens, audidens illos, et interrogans, ita, ut omnes ſuper prudentia et reſponſis ejus ſtuperent.
3. Nazareth rediit, et ibidem manſit.
4. Parentibus ſubditus fuit.
5. Proficiebat aetate, ſapientia, et gratia apud Deum, et homines. (aa)

Q. *Quae ſunt ſcitu digniora ex his, quae de Jeſu ſcimus, prius quam docere coepiſſet?*

R.

z) *Matth. II* -- 23.
aa) *Luc. II* -- 42 -- 52.

(bb



R. Haec fuut fcitu digniora ex his, quae de Jefu fcimus, prius quam docere coepiffet:

1. Ioannes oftendit Jefum effe agnum Dei, qui tollit peccata mundi. (bb)
2. Jefus baptifatur a Ioanne in flumine Jordane.
3. Spiritus fanctus apparuit fuper eum in fpecie columbae.
4. Dei Patris vox audita eft; hic eft Filius meus dilectus, in quo mihi complacui (cc)
5. Jefus a Spiritu ductus in defertum, et poftquam 40 dies, et noctes cibo abftinuiffet, tentatus eft a diabolo; fed illico Angeli accefferunt, et miniftrarunt ei. (dd)

Q. *Quo anno aetatis coepit Jefus docere?*

R. Jefus coepit docere trigefimo aetatis anno. (ee)

Q. *Quae*

---

bb) *Ioan. I* -- *36.*
cc) *Matth. III* -- *13* -- *17.*
dd) *Matth. IV* -- *1* -- *11.*
ee) *Luc. III* -- *23.*

ff)



Q. *Quae ſunt ſcitu digniora ex his, quae de Jeſu ſcimus, poſtquam docere coepiſſet?*

R. Scitu digniora ex his, quae de Jeſu ſcimus, poſtquam docere coepiſſet, ſunt:

1. Jeſus de una patriae ſuae civitate veniebat ad aliam. (ff)
2. Suſcipiebat diſcipulos, ex quibus 12. Apoſtolos elegit. (gg)
3. Docebat, et annuntiabat legem gratiae, (hh) revelabat veritates, quas credamus oportet, (ii) docebat virtutes, quarum uſus maxime neceſſarius eſt. (kk)
4. Reprehendebat incredulitatem, et animi pravitatem, exprobrabat ſuperſtitionem Judaeis, legis peritis, et Phariſaeis. (ll)

5.

ff) *Ioan. III -- 22.*
gg) *Luc. VI -- 13.*
hh) *Matth. IV -- 17 -- 33.*
ii) *Haec credenda ſunt ſcripta ſuis locis in hiſtoria religionis pro ſcholis Nationalibus typis impreſſa.*
kk) *Praeſertim in ſermone, quem dixit in monte. Matth. V -- V -- VII.*

5. Confirmabat doctrinam ſuam teſtimoniis ſacrae ſcripturae, prodigiis, et proprio exemplo.
6. Res futuras praedicebat. (mm)
7. Oſtendebat ſe ubivis benignum. (nn)

Q. *Credebant ne omnes Jeſum?*
R. Multi credebant Jeſum. Verum ſummi ſacerdotes, doctores, et Phariſaei oderunt eum doctrinae cauſa, volueruntque e vivis eundem tollere.

§. 4. De Quarto Fidei Articulo.

Q. *Quomodo ſonat quartus Fidei articulus?*
R. Quartus Fidei articulus ita ſonat: Paſ-

---

ll) *Confirmatio hujus invenitur multis in locis Evangeliorum.*

mm) *Haec omnia leguntur in ſcriptis Evangeliſtarum.*

nn) *Jeſum a Nazareth, quomodo unxit eum Deus Spiritu ſancto, et virtute, qui pertranſiit benefaciendo, et ſanando omnes oppreſſos a diabolo, quoniam Deus erat cum illo. Act. Apoſt. X--38.*



Paſſus ſub Pontio Pilato, crucifixus, mortuus, et ſepultus eſt.

Q. *Potuit ne Jeſus pati?*

R. Jeſus paſſus ut homo, non vero ut Deus.

Q. *Vere ne paſſus eſt Jeſus?*

R. Jeſus vere paſſus eſt in anima, et in corpore.

Q. *Quid paſſus eſt Jeſus in anima?*

R. Jeſus paſſus eſt in anima magnum angorem, et triſtitiam. (a)

Q. *Quid Jeſus paſſus eſt in corpore?*

R. Jeſus paſſus eſt in corpore miſerias, et aerumnas, multa verbera, et vulnera, flagellatus, et ſpinis coronatus fuit. (b)

Q. *Quid praeterea Jeſus paſſus eſt?*

R. Jeſus praeterea paſſus eſt, multas contemtiones, ludibria, contumelias, convicia, et alia iniqua. (c)

Q. *Sub quo Jeſus paſſus eſt?*

R.

---

a) *Triſtis eſt anima mea uſque ad mortem. Matth. XXVI -- 38.*

b) *Vide hiſtoriam Paſſionis Chriſti.*

c) *Vide hiſtoriam Paſſionis Chriſti.*

d)

R. Jeſus ſub Pontio Pilato Romani Caeſaris Tiberii procuratore Judaeae paſſus eſt. (d)

Q. *Quis accuſavit Jeſum apud Pilatum?*

R. Summi ſacerdotes, doctores, et principes populi accuſarunt Jeſum apud Pilatum. (e)

Q. *Cur Jeſus apud Pilatum accuſatus fuit?*

R. Jeſus apud Pilatum accuſatus fuit odio et invidia, non ſecus ac ſi ſeductor populi, et auctor novarum rerum eſſet. (f)

Q. *Quem habuit eventum accuſatio ſummorum ſacerdotum? doctorum? et principum populi?*

R. Accuſatio ſummorum ſacerdotum, doctorum, et principum populi hunc habuit eventum, videlicet: Jeſus Chriſtus cruci affixus eſt volentibus Judaeis, et conſentiente Pilato. (g)

Q. *Ubi Jeſus Chriſtus cruci affixus, et mortuus eſt?*

R. Je-

d) e) f) g) *Vide hiſtoriam Paſſionis Chriſti.*

h)

R. Chriſtus Jeſus eſt in monte Calvariae juxta urbem Hieroſolymorum cruci affixus, et in ea mortuus. (h)

Q. *Qualis fuit poena: cruci affigi?*

R. Cruci affigi fuit poena mortis contumelioſiſſima.

Q. *Quis corpus Chriſti ſepulturae dedit?*

R. Joſeph ab Arimathaea, et Nicodemus corpus Chriſti ſepulturae dederunt. (i)

Q. *Ubi corpus Jeſu Chriſti ſepultum fuit?*

R. Corpus Jeſu Chriſti in novo monumento in petra exciſo poſitum fuit, in quo nondum quisquam poſitus fuerat. (k)

Q. *Manſit ne Deitas mortuo Chriſto corpori, et animae unita?*

R. Deitas manſit corpori, et animae unita, quamvis anima in morte Jeſu Chriſti corpus reliquerit.

§. 5.

---

h) *Vide hiſtoriam Paſſionis Chriſti.*

i) k) *Vide hiſtoriam Paſſionis Chriſti Matth. XXVI -- XXVII -- Marc. XIV -- -- XV. Luc. XXII --- XXIII -- Ioan. XVIII --- XIX.*



§. 5. De Quinto Fidei Articulo.

Q. *Quomodo ſonat quintus fidei articulus?*

R. Quintus fidei articulus ita ſonat: Deſcendit ad inferos, tertia die reſurrexit a mortuis.

Q. *Deſcendit ne Jeſus Chriſtus cum corpore, et anima ad inferos?*

R. Anima tantum Jeſu Chriſti deſcendit ad inferos. (a)

Q. *Quid ſignificat haec vox: inferi?*

R. Haec vox inferi ſignificat loca abdita, quibus animae defunctorum detinentur ſalutem aeternam non obtinentes.

Q. *Dantur ne plura ejusmodi loca abdita, quae inferi appellantur?*

R. Dantur plura ejusmodi loca abdita, quae inferi appellantur; et quidem

1. Lo-

---

a) *De anima Chriſti teſtatur Pſalm. XV-- 10. Non derelinques animam meam in inferno. Act. Apoſt, II -- 31. Providens locutus eſt de reſurrectione Chriſti, quia neque derelictus eſt in inferno, neque caro ejus vidit corruptionem.*

b)



1. Locus proprie dictus, ubi damnati aeternum plectuntur. (b)
2. Locus, ubi animae temporales poenas pro delictis in hac vita non solutis, luunt, (c) locus hic appellatur: purgatorium.
3. Locus, ubi animae piorum defunctorum detinebantur, quo in loco illae cum beata spe redemtionem expectabant, donec ad illas Jesus descendisset. Hic locus dicitur: Limbus Patrum. (d)

Q. *Cur Jesus Christus descendit ad limbum?*

R. Jesus Christus descendit ad limbum, ut inde animas sanctorum Patrum liberaret. (e)

Q.

---

b) *Mortuus est autem et dives, et sepultus est in inferno. Luc. XVI -- 22.*

c) *Ecclesia in Missa pro defunctis orat: Domine Jesu Christe Rex gloriae, libera animas omnium tuorum fidelium defunctorum, a poenis inferni.*

d) *Providens locutus est de resurrectione Christi, quia neque derelictus est in inferno, neque caro ejus vidit corruptionem. Act. Apost. II -- 31.*

e)

Q. *Qui erant ſancti Patres?*

R. Sancti Patres erant Patriarchae, Prophetae, alii denique pii, qui ex hac vita deceſſerunt, prius, quam Jeſus Chriſtus deſcendiſſet ad limbum.

Q. *Quando Jeſus Chriſtus poſt mortem ſuam iterum reſurrexit?*

R. Jeſus Chriſtus tertia die, et quidem propria virtute, (f) immortalis, et gloriae plenus, ut victor mortis, et diaboli reſurrexit. (g)

---

e) *Aſcendiſti in altum, cepiſti captivitatem. Pſal. LXVIII---19. Tu quoque in ſanguine teſtamenti tui emiſiſti vinctos tuos. Zach. IX--- 11.*

f) *Propterea me diligit Pater: quia ego pono animam meam, ut iterum ſumam eam. Nemo tollit eam a me: ſed ego pono eam a me ipſo: et poteſtatem habeo ponendi eam: et poteſtatem habeo iterum ſumendi eam. Ioan. X. 17--18.*

g) *Ut per mortem deſtrueret eum, qui habebat mortis imperium, id eſt: diabolum. Hebr. II -- 14. De manu mortis liberabo eos, de morte redimam eos:*



Q. *Cur Jesus Christus resurrexit a mortuis?*

R. Jesus Christus resurrexit a mortuis:

1. Ut scriptura, (h) et ab eo praedicta complerentur. (i)
2. Ut argumento nunquam diluendo orbi suam doctrinam veram, et divinam fuisse missionem comprobaret.(k)
3. Ut spem nostram firmam faceret, et nos futuram nostram resurrectionem pro certo crederemus. (l)

---

ero mors tua o! mors. Morsus tuus ero inferne. Oseae. XIII --- 14.

h) *Quoniam non derelinques animam meam in inferno: nec dabis sanctum tuum videre corruptionem. Psal. XV -- 10.*

i) *Jesus dixit eis: solvite templum hoc, et in tribus diebus excitabo illud. Ille autem dicebat de templo corporis sui. Ioan. II -- 19 -- 21.*

k) *Si autem Christus non resurrexit, inanis est ergo praedicatio nostra, inanis est et fides vestra. 1 Cor. XV --- 14.*

l) *Nunc autem Christus resurrexit a mortuis, primitiae dormientium. Quoniam quidem per hominem mors, et per hominem resurrectio mortuorum. 1 Cor. XV -- 20 -- 21.*

a)

§. 6. De Sexto Fidei Articulo.

Q. *Quomodo ſonat ſextus Fidei Articulus?*
R. Sextus Fidei Articulus ita ſonat: Aſcendit ad coelos, ſedet ad dexteram Dei Patris omnipotentis.
Q. *Quando Jeſus aſcendit ad coelum?*
R. Jeſus quadrageſima die poſt ſuam reſurrectionem aſcendit ad coelum. (a)
Q. *Quomodo Jeſus aſcendit ad coelum?*
R. Jeſus videntibus diſcipulis (b) ex monte Oliveti, propria virtute aſcendit ad coelum.
Q. *Ubi ſedet Jeſus in coelo.*
R. Jeſus ſedet in coelo ad dexteram Dei Patris omnipotentis. (c)
Q. *Quid hoc ſignificat: Jeſus ſedet ad dexteram Dei Patris omnipotentis?*
R. Jeſus ſedet ad dexteram Dei Patris omnipotentis ſignificat: Jeſum

a) *Luc. XXIV -- 50.*
b) *Act. Apoſt. I -- 9.*
c) *Igitur, ſi conſurrexiſtis cum Chriſto, quae ſurſum ſunt quaerite, ubi Chriſtus eſt in dextera Dei ſedens. Col. III -- 1.*

esse in perpetua possessione supremae potestatis, et majestatis in coelo, et in terra. (d)

§. 7. De Septimo Fidei Articulo.

Q. *Quomodo sonat septimus Fidei Articulus?*

R. Septimus Fidei Articulus ita sonat: Inde venturus est judicare vivos, et mortuos.

Q. *Venturus ne iterum Jesus?*

R. Jesus extremo die venturus est iterum de coelo.

Q. *Quomodo iterum extremo die venturus est Jesus?*

R. Jesus extremo die iterum venturus est in nubibus coeli visibiliter cum virtute magna, et majestate. (a)

Q. *Cur Jesus iterum extremo die venturus est?* R.

---

d) *Data est mihi omnis potestas in coelo, et in terra. Matth. XXVIII --- 18.*

a) *Videbunt Filium hominis venientem in nubibus coeli cum virtute multa, et majestate. Matth. XXIV -- 30.*

R. Jesus iterum extremo die venturus est judicatum vivos, et mortuos. (b)

Q. *Qui sunt vivi? qui mortui?*

R. Vivi sunt justi, mortui vero peccatores.

Q. *Quomodo Jesus extremo die judicabit homines?*

R. Jesus homines, quemadmodum bona, aut mala egerunt, judicabit; (c) justos aeterna in coelo vita donabit, peccatores porro aeternis in inferno poenis afficiet. (d)

b) *Praecepit nobis praedicare populo, et testificari, quia ipse est, qui constitutus est a Deo judex vivorum, et mortuorum. Act. Apost.* X -- 42.

c) *Omnes enim nos manifestari oportet ante tribunal Christi, ut referat unusquisque propria corporis, prout gessit, sive bonum, sive malum.* 2 *Cor. V*--10.

d) *Et ibunt hi in supplicium aeternum, justi autem in vitam aeternam. Matth.* XX*V* -- 46.



§ 8 De Octavo Fidei Articulo.

Q. *Quomodo ſonat octavus Fidei Articulus?*

R. Octavus Fidei Articulus ſonat ita: Credo in Spiritum ſanctum.

Q. *Quae divina Perſona eſt Spiritus ſanctus?*

R. Spiritus ſanctus eſt tertia divina Perſona, (a) ille eſt verus Deus. (b)

Q. *A quo procedit Spiritus ſanctus?*

R. Spiritus ſanctus aeque a Patre, ac a Filio procedit. (c)

Q. *Quando a Spiritu ſancto ſanctificamur?*

R. A Spiritu ſancto ſanctificamur:

1. In baptiſmo. (d)
2. In Sacramento poenitentiae.

3. Quo-

---

a) *1 Ioan. V --- 7.*

b) *Vide ſuperius, ubi de attributis divinis eſt ſermo.*

c) *Vide ſuperius. Ioan. XV --- 26. Ioan. XVI -- 13 -- 14 -- 15.*

d) *Non ex operibus juſtitiae, quae fecimus nos, ſed ſecundum ſuam miſericordiam ſal-*

3. Quoties reliqua Sacramenta digne suscipimus.

Q. *Quomodo nos Spiritus sanctus sanctificat?*

R. Spiritus sanctus sanctificat nos, quando nos per infusionem sanctificantis gratiae filios Dei facit, aut etiam gratiam sanctificantem in nobis auget.

Q. *Quid adhuc in nobis per suam gratiam operatur Spiritus sanctus?*

R. Spiritus sanctus nostrum intellectum illuminat, ille nos docet, (e) et animos nostros flectit, ut voluntati divinae morem geramus, (f) sua ille nobis dona impertitur. (g)

---

salvos nos fecit per lavacrum regenerationis, et renovationis Spiritus sancti. Tit. III --- 5.

e) *Paraclitus autem Spiritus, quem mittet Pater in nomine meo, ille vos docebit omnia, et suggeret vobis omnia. Ioan. XIV -- 26.*

(f *Deus est enim, qui operatur in vobis, et velle, et perficere pro bona voluntate. Phil. II -- 13.*

g) *Divisiones vero gratiarum sunt, idem au-*



Q. *Quae ſunt dona Spiritus ſancti?*
R. Dona Spiritus ſancti ſunt ſequentia: 1. Donum ſapientiae. 2. Intelligentiae. 3. Conſilii. 4. Fortitudinis. 5. Scientiae. 6. Pietatis. 7. Timoris Domini. (h)

§. 9. De Nono. Fidei Articulo.

Q. *Quomodo ſonat nonus Fidei Articulus?*
R. Nonus Fidei Articulus ita ſonat: Sanctam Eccleſiam Catholicam, Sanctorum communionem.

a. DE ECCLESIA.

Q. *Quid eſt ſancta Eccleſia catholica?*
R. Sancta Eccleſia catholica eſt viſibilis congregatio omnium fidelium chriſtia-

autem Spiritus; et diviſiones operationum ſunt, idem vero Deus, qui operatur omnia in omnibus. Haec autem omnia operatur unus, atque idem Spiritus, dividens ſingulis prout vult. 1. Cor. LII --- 4 --- 6 -- 11.

h) *Iſa. XI -- 2 -- 3.*

a)

ſtianorum ſub uno viſibili capite Romano Pontifice, qui eandem doctrinam profitentur, iisdemque Sacramentis utuntur.

Q. *Datur ne etiam inviſibile caput Eccleſiae?*

R. Datur etiam inviſibile caput Eccleſiae, et illud eſt Jeſus Chriſtus. (a)

Q. *Quis conſtituit viſibile caput Eccleſiae?*

R. Jeſus Chriſtus viſibile caput Eccleſiae conſtituit.

Q. *Quem Jeſus Chriſtus viſibile caput Eccleſiae conſtituit?*

R. Jeſus Chriſtus Petrum viſibile caput Eccleſiae conſtituit. (b)

Q. *Quis eſt poſt Petrum viſibile caput Eccleſiae?*

R. Omnes jure ſibi ſuccedentes Romani Pontifices ſunt viſibile caput Eccleſiae, et Vicarii Chriſti. Q.

---

a) *Vir caput eſt mulieris, ſicut Chriſtus caput eſt Eccleſiae. Eph. V -- 23.*

b) *Tu eſt Petrus, id eſt petra, et ſuper hanc petram aedificabo Eccleſiam meam, et portae inferi non praevalebunt adverſus eam. Matth. XVI -- 18.*

c)



Q. *Sunt ne plures verae Ecclesiae?*

R. Una tantum est vera Ecclesia, extra quam nulla spes salutis.

Q. *Unde cognoscitur vera Ecclesia?*

R. Vera Ecclesia cognoscitur ex quatuor signis.

Q. *Quae sunt illa quatuor verae Ecclesiae signa?*

R. Quatuor illa verae Ecclesiae signa sunt: 1) Quod sit una, (c) 2) Sancta. (d) 3) Universalis seu Catholica, (e) et 4) Apostolica. (f)

Q.

---

c) *Unus est Dominus, una fides, unum baptisma. Eph. IV -- 5.*

d) *Ut exhiberet ipse sibi gloriosam Ecclesiam, non habentem maculam, aut rugam, aut aliquid ejusmodi; sed ut sit sancta, et immaculata. Eph. V -- 27.*

e) *Euntes in mundum universum, praedicate evangelium omni creaturae. Marc. XVI -- 15.*

f) *Superaedificati super fundamentum Apostolorum et Prophetarum. Eph. II -- 20.*

g) *Non*

Q. *Quomodo eſt vera Eccleſia una?*
R. Vera Eccleſia eſt una. (g) 1) Quod unum caput, 2) eandem doctrinam habeat, 3) iisdem ſacramentis utatur.
Q. *Quomodo eſt vera Eccleſia ſancta?*
R. Vera Eccleſia eſt ſancta: 1) Quod illius auctor Jeſus Chriſtus ſit ſanctus. 2) Quod ejus doctrina ſit ſancta, 3) quia ſanctis Sacramentis utitur, 4 quia ſua membra ad ſanctitatem ducit, 5) quia in illa ſemper ſancti dantur.
Q. *Quomodo eſt vera Eccleſia univerſalis, ſeu catholica?*
R. Vera Eccleſia eſt univerſalis, ſeu catholica: 1) Quia illam Jeſus Chriſtus pro omnibus hominibus, 2) pro omnibus temporibus, et 3) pro omnibus regionibus fundavit.
Q. *Quomodo vera Eccleſia eſt Apoſtolica?*
R. Vera Eccleſia eſt Apoſtolica: 1) Quia illa credit, et docet, quae Apoſtoli crediderunt, et docuerunt,

2)

---

g) *Non eſt diſſenſionis Deus, ſed pacis: ſicut et in omnibus Eccleſiis ſanctorum doceo. 1 Cor. XIV -- 33*



2) quia Apoſtoli juxta praeceptum Jeſu Chriſti ſuam doctrinam per totum orbem terrarum divulgarunt, 3) quia ejus Epiſcopi ſucceſſores Apoſtolorum ſunt.

Q. *Quomodo vera Eccleſia adhuc aliter appellatur?*

R. Vera Eccleſia aliter adhuc appellatur Romana; quia Eccleſia Romana caput omnium reliquarum Eccleſiarum, et centrum eſt unitatis.

b. DE Communione SANCTORUM.

Q. *Quomodo orthodoxi Chriſtiani ſecum habent Communionem?*

R. Orthodoxi Chriſtiani ita ſecum habent communionem, ſicut membra corporis unius. (a) Q.

a) *Veritatem autem facientes in charitate creſcamus in illo per omnia, qui eſt caput Chriſtus: ex quo totum corpus compactum, et connexum per omnem juncturam ſubminiſtrationis, ſecundum operationem in menſuram uniuscujusque membri, augmentum corporis facit in aedificationem ſui in cha-*

Q. *Quomodo ejusmodi communio appellatur?*

R. Ejusmodi communio Chriſti fidelium, Sanctorum communio appellatur.

Q. *Cur communio fidelium Chriſti, communio Sanctorum appellatur?*

R. Ideo communio fidelium Chriſti communio Sanctorum appellatur, quia omnes ad ſanctimoniam vitae vocati ſunt, (b) tum quia omnes Chriſtiani per Sacramentum baptiſmi ſanctificati ſunt.

Q.

---

charitate. Eph. IV --- 15 -- 16. Sicut enim in uno corpore multa membra habemus, omnia autem membra non eundem actum habent: ita multi unum corpus ſumus in Chriſto, ſinguli autem alter alterius membra. Rom. XII -- 4 -- 5.

b) *Secundum eum, qui vocavit vos, ſanctum: et ipſi in omni converſatione ſancti ſitis: quoniam ſcriptum eſt: ſancti eritis, quoniam ego ſanctus ſum. 1 Petr. I --- 15 --- 16.*

Qui ſecundum propoſitum vocati ſunt ſancti. Rom. VIII -- 28.



Q. *In quo consistit Sanctorum communio?*

R. Sanctorum communio in eo consistit, quod omnia Ecclesiae membra spiritualia bona participent. (c)

Q. *Quae sunt illa spiritualia bona, quae membra Ecclesiae participant?*

R. Spiritualia bona, quae membra Ecclesiae participant, sunt:

1. Sancta Sacramenta. 2. Sacrosanctum missae Sacrificium. 3. Oratio. 4. Sanctae actiones. 5. Merita fidelium.

Q. *Quae sunt membra Ecclesiae communionem habentia?*

R. Membra Ecclesiae communionem habentia sunt:

1. Fideles in hoc orbe terrarum viventes.
2. Sancti in coelo, et
3. Animae defunctorum in purgatorio existentes.

Q. *Quae est fidelium in hoc orbe viventium communio?*

R. Fidelium in hoc orbe viventium com-

c) *Particeps ego sum omnium timentium te, et custodientium mandata tua. Psal. CXVIII -- 63.*

communio eſt haec; videlicet: dum orationis, (d) et meritorum ſanctarum actionum aliorum alii participes fiunt.

Q. *Quae eſt fidelium in orbe communio cum Sanctis in coelo?*

R. Fidelium in orbe communio cum Sanctis in coelo eſt, dum a fidelibus in terris Sancti coluntur, et invocantur. (e) Sancti porro pro fidelibus in terra viventibus Deum orant. (f)

Q. *Quae eſt fidelium in terris cum defunctis in purgatorio communio?*

R.

---

d) *Orate pro invicem, ut ſalvemini, multum enim valet deprecatio juſti aſſidua. Jac. V -- 16.*

e) *Etiam firmiter credimus Sanctos cum Chriſto regnantes colendos, et invocandos eſſe, nec non ab iis ſuas preces pro nobis offerri. Conc. Trid. Profeſ. Fidei.*

f) *Reſpondentem vero Oniam dixiſſe: Hic eſt Fratrum amator, et populi Iſrael: hic eſt, qui multum orat pro populo, et univerſa ſancta civitate. 2 Machab.* XV -- 14.

R. Fidelium in terris cum defunctis in purgatorio communio eſt, dum fideles in terris pro defunctis in purgatorio Deum orant, (g) illos orationibus ſuis, et ſanctis actionibus, praeſertim ſacrificiis miſſae pro illis oblatis juvant; animae porro defunctorum beneficii accepti memores Deum pro fidelibus in terris exiſtentibus precantur.

§. 10. De Decimo Fidei Articulo.

Q. *Quomodo ſonat decimus Fidei Articulus?*

R. Decimus Fidei Articulus ita ſonat: Remiſſionem peccatorum.

Q. *Quid hoc Fidei Articulo docemur?*

R. Hoc Fidei Articulo docemur Chriſtum Eccleſiae ſuae dediſſe poteſtatem peccata remittendi. (a) Q.

---

g) *Sancta ergo et ſalubris cogitatio pro defunctis exorare, ut a peccatis ſolvantur. 2. Machab. XII -- 46.*

a) *Accipite Spiritum ſanctum, quorum* re-

Q. *Quis in Ecclesia potestatem habet remittendi peccata?*

R. In Ecclesia habent Episcopi et Sacerdotes potestatem remittendi peccata.

Q. *Quando remittuntur peccata?*

R. Peccata remittuntur in Sacramento baptismi, (b) et in Sacramento poenitentiae. (c)

Q. *Quae peccata remittuntur per baptismum? et quae per Sacramentum poenitentiae?*

R. Peccatum Originale, et omnia actualia ante baptismum commissa peccata remittuntur in baptismo; jam vero in Sacramento poenitentiae remittuntur peccata post baptismum commissa.

E §. 11.

---

remiseritis peccata, remittuntur eis: et quorum retinueritis, retenta sunt: Ioan. XX -- 22 -- 23.

b) *Sicut et Christus dilexit Ecclesiam, et se ipsum tradidit pro ea, ut illam sanctificaret, mundans lavacro aquae in verbo vitae. Eph. V --- 26.*

c) *Tibi dabo claves regni coelorum, et quodcunque ligaveris super terram, erit ligatum et in coelis; et quodcunque*



§. 11. De Undecimo. Fidei Articulo.

Q. *Quomodo ſonat undecimus Fidei Articulus?*

R. Undecimus Fidei Articulus ita ſonat: Carnis reſurrectionem.

Q. *Quid intelligitur per Carnis reſurrectionem?*

R. Per Carnis reſurrectionem intelligitur Deum in extremo judicii die mortuos ſuſcitaturum, (a) et homines in propria carne, id eſt: in eodem corpore, quod viventes habuerunt, reſurrecturos. (b)

Q. *Cur iterum homines in propria carne ſurrecturi ſunt?*

R. Ho-

ſolveris ſuper terram, erit ſolutum et in coelis. Matth. XVI --- 19.

a) *Qui ſuſcitavit Jeſum a mortuis, vivificabit et mortalia corpora veſtra, propter inhabitantem ſpiritum ejus in vobis. Rom. VIII --- 11.*

b) *Rurſum circumdabor pelle mea, et in carne mea videbo Deum meum. Job. XIX -- 26.*

R. Homines iterum in propria carne ſurrecturi ſunt, ut corpus cum anima aeternum, aut proemium, aut poenam habeant. (c)

§. 12. De Duodecimo Fidei Articulo.

Q. *Quomodo ſonat duodecimus Fidei Articulus?*

R. Duodecimus Fidei Articulus ita ſonat: Vitam aeternam. Amen.

Q. *Quid credimus, et confitemur verbis duodecimo Fidei Articulo expreſſis?*

R. Credimus et confitemur verbis duodecimo Fidei Articulo expreſſis, aeternam, perpetuoque duraturam beatitudinem, quae Sanctorum et Electorum deſiderio perfecte ſatisfaciet. (a)

---

c) *Venit hora, in qua omnes, qui in monumentis ſunt, audient vocem Filii Dei, et procedent, qui bona fecerunt in reſurrectionem vitae: qui vero mala egerunt, in reſurrectionem judicii. Ioan. V -- 28 -- 29.*

a) *Oculus non vidit, nec auris audivit,*

Q. *Quomodo desiderio Sanctorum et Electorum perfecte satisfiet?*

R. Desiderio Sanctorum et Electorum fiet satis, dum illi Deum aeternum videbunt, amabunt, et illo fruentur.

Q. *Habebunt ne etiam daemones, et impii perpetuam, et aeternam vitam?*

R. Daemones, et impii habebunt perpetuam, hoc est aeternam, simul etiam infelicissimam vitam, (b) dum illi suorum peccatorum perpetuas poenas luent. (c) Q.

---

nec in cor hominis ascendit, quae praeparavit Deus iis, qui diligunt illum. 1. *Cor.* II -- 49.

b) *Discedite a me maledicti in ignem aeternum, qui paratus est diabolo, et angelis ejus. Matth. XXV* --- 41.

c) *In revelatione Domini Jesu de coelo cum angelis virtutis ejus, in flamma ignis dantis vindictam iis, qui non noverunt Deum, et qui non obediunt Evangelio Domini nostri Jesu Christi, qui poenas dabunt in interitu aeternas a facie Domini, et a gloria virtutis ejus, cum venerit glorificari in Sanctis suis.* 2. *Thes.* I -- 7 -- 8 -- 9.

Q. *Cur in fine Symboli Apoſtolici haec vox Amen ponitur?*

R. In fine Symboli Apoſtolorum haec vox Amen ponitur; quia haec vox Amen eſt ejusmodi, qua quidpiam confirmamus.

Q. *Quid confirmamus hac voce Amen in fine Symboli Apoſtolorum poſita?*

R. Hac voce Amen confirmamus nos de compendio Symboli Apoſtolorum minime dubitare, imo omnia vera tenere, quae in illo continentur.

CAPUT II.

DE SPE

I. Sectio de Spe Christiana.

Q. *Quid eſt Chriſtiana Spes?*

R. Chriſtiana Spes eſt ſupernaturalis a Deo infuſa virtus, (a) cujus ope o-

a) *Paulus Servus Dei --- in ſpem vitae aeternae, quam promiſit, qui non men-*

omnia cum fiducia expectamus, et ſperamus a Deo, quae ille promiſerat. (b)

Q. *Quid eſt chriſtiane ſperare?*

R. Chriſtiane ſperare eſt a Deo cum fiducia expectare, quae ille nobis promiſerat.

Q. *Quae ſperamus a Deo?*

R. A Deo ſperamus vitam aeternam, id eſt: aeternam beatitudinem.

Q. *Quam ob cauſam ſperamus?*

R. Eam ob cauſam ſperamus, quia Deus eſt omnipotens, in adimplendis ſuis promiſſis fidelis, infinite bonus et miſericors, proinde implere poteſt, et vult, quod promiſerat.

Q.

---

mentitur Deus, ante tempora ſecularia. Tit. I -- 2. Benedictus Deus, et Pater Domini noſtri Jeſu Chriſti, qui ſecundum miſericordiam ſuam magnam regeneravit nos in ſpem vivam, per reſurrectiouem Jeſu Chriſti ex mortuis. Petr. I --- 3.

b) *Teneamus ſpei noſtrae confeſſionem indeclinabilem, fidelis enim eſt, qui repromiſit. Hebr. X -- 23.*

Q. *Ubi eſt potiſſimus chriſtianae Spei uſus?*
R. Chriſtianae Spei uſus eſt potiſſimus in oratione.

II. SECTIO
DE ORATIONE.

§. I. De Oratione generatim.

Q. *In quo conſiſtit Oratio?*
R. Oratio conſiſtit in elevatione mentis ad Deum.
Q. *Quam ob cauſam oramus?*
R. Oramus, ut Deo, ſupremo Domino debitum tribuamus honorem; et non ſolum pro acceptis beneficis gratias agamus, ſed etiam ea, quae neceſſaria ſunt nobis, petamus.
Q. *Cur praeterea oramus?*
R. Oramus praeterea, ut remiſſionem peccatorum obtineamus, inſuper, ut opem a Deo tam generatim, quam etiam ſpeciatim, noſtris, et proximi noſtri rebus anguſtis impetremus.
Q. *Quot modis oramus?*

R. Duo-



R. Duobus modis oramus, aut tantum interne, aut ſimul etiam externe; utrumque hunc modum orandi a Jeſu Chriſto et Apoſtolis didicimus.

Q. *Quomodo oramus interne?*

R. Interne oramus, dum tantum cogitationes mentis, et deſideria cordis ad Deum elevamus. (a)

Q. *Quomodo oramus externe?*

R. Externe oramus, dum cogitationes mentis, et deſideria cordis verbis exprimimus, quae oratio vocalis appellatur.

Q. *Quae in Oratione vocali ſervanda?*

R. In oratione vocali ſervanda haec ſunt, videlicet: ut ſpiritus, ſeu anima hominis idem cogitet, idem velit, idem petat, quod verbis vocalis orationis exprimitur.

Q. *Eſt ne oratio vocalis utilis, et neceſſaria?* R.

a) *Ita oravit Deum Anna in templo. 1. Reg. I--- 13. Porro Anna loquebatur in corde ſuo, tantum labia illius movebantur, et vox penitus non audiebatur. Ita oravit David: ille dicit: Pſal. XXVI--8. Tibi dixit cor meum.*

R. Oratio vocalis eſt utilis, et neceſſaria, quia ipſe orans ad religionem excitatur oratione, alii vero, qui haec verba audiunt, exemplum capiunt, et ad orandum incitantur.

Q. *Cur utimur libris precum?*

R. Libris precum utimur, quia continent religioſas cogitationes, et ſancta deſideria, quae in oratione locum habent. Libris his juvantur ii, qui ſua deſideria verbis propriis exprimere nequeunt.

Q. *Obligamur ne ad orandum?*

R. Obligamur ad orandum; oratio quippe eſt ex praecipuis religionis noſtrae officiis unum. (b)

Q. *Quis nos ad orandum obligat?*

R. Dei praeceptum, (c) Chriſti exemplum, (d) et mandatum (e) obligant nos ad orandum.

Q.

---

b) *Sine intermiſſione orate. 1. Theſ. V - 17.*

c) *Invoca me in die tribulationis: eruam te, et honorificabis me. Pſal. XLIX - 15.*

d) *Luc. VI -- 12. Matth. XXVI --- 39.*

e) *Petite, et dabitur vobis; omnis enim, qui petit, accipit. Motth. VII -- 7 -- 8.*



Q. *In cujus nomine orandum est?*
R. In nomine Jesu Christi orandum est. (f)
Q. *Quomodo est orandum?*
R. Modeste, (g) et contrito corde, in spiritu, et veritate, (h) cum fide, et fiducia est orandum. (i)
Q. *Ubi ea, quae petenda sunt, continentur?*
R. Ea, quae petenda sunt, continentur in oratione Dominica. (k)

§. 2. De Oratione Dominica speciatim.

Q. *Quis nos docuit orare?*
R. Christus Dominus noster docuit nos orare.

f) *Amen, amen dico vobis, si quid petieritis Patrem in nomine meo, dabit vobis. Ioan. XVI -- 23.*
g) *Oratio humiliantis se, nubes penetrabit. Eccl. XXXV -- 21.*
h) *Spiritus est Deus, et eos, qui adorant eum, in spiritu, et veritate oportet adorare. Ioan. IV -- 24.*
i) *Postulet autem in fide nihil haesitans. Jac. I --- 6.*
k) *Matth. VI --- 9 -- 13.*

Q. *Quam orationem docuit nos Chriſtus orare?*

R. Chriſtus docuit nos orare orationem Pater noſter, quae etiam oratio Dominica appellatur.

Q. *Quomodo ſonat Pater noſter.*

R. Pater noſter ita ſonat: Pater noſter, qui es in coelis, ſanctificetur nomen tuum: adveniat regnum tuum: fiat voluntas tua ſicut in coelo et in terra. Panem noſtrum quotidianum da nobis hodie, et dimitte nobis debita noſtra, ſicut et nos dimittimus debitoribus noſtris. Et ne nos inducas in tentationem: ſed libera nos a malo. Amen.

Q. *Quae partes conſtituunt orationem Dominicam?*

R. Orationem Dominicam conſtituunt: praefatio, et ſeptem petitiones.

a. DE PRAEFATIONE.

Q. *Quomodo ſonat Praefatio?*

R. Praefatio ita ſonat: Pater noſter, qui es in coelis.

Q. *Quem invocamus his verbis praefationis?*

R. His

R, His verbis praefationis invocamus Deum, qui noſter Pater eſt. (a)

Q. *Cur vocamus Deum Patrem?*

R. Vocamus Deum Patrem, quia Deus homines ad imaginem ſuam creavit, (b) et paternam eorum curam habet. (c)

Q. *Cur vocamus Deum noſtrum Patrem?*

R. Vocamus Deum, noſtrum Patrem, quia ille nos omnes per Spiritum ſanctum in Sacramento baptiſmi ſuos fili-

---

a) *Nunquid non Pater unus omnium noſtrum? nunquid non Deus unus creavit nos? Malach. II -- 10.*

b) *Nunquid non ipſe eſt Pater tuus, qui poſſedit te, et fecit, et creavit te? Deut. XXXII -- 6.*

c) *Nolite ſoliciti eſſe dicentes: quid manducabimus, aut quid bibemus, aut quo operiemur? haec enim omnia gentes inquirunt. Scit enim Pater veſter, quia his omnibus indigetis. Matth. VI -- 31 -- 32. Omnem ſolicitudinem veſtram projicientes in eum, quoniam ipſi cura eſt de vobis. 1. Petr. V -- 7.*

filios, (d) suos haeredes, cohaeredes Jesu Christi, (e) et mutuo inter nos fratres fecit.

Q. *Cur dicimus, qui es in coelis?*

R. Dicimus, qui es in coelis, quoniam Deus, quamvis sit ubivis locorum praesens, tamen praecipue in coelis habitat, (f) ubi se suis electis videndum praebet, et fruendum.

b. De primis tribus Orationis

DOMINICAE PETITIONIBUS.

Q. *Quomodo sonat prima Petitio?*

R. Prima Petitio ita sonat: Sanctificetur nomen tuum.

Q. *Cur petimus primum, ut Dei nomen sanctificetur?*

R. Pe-

---

d) *Accepistis Spiritum adoptionis filiorum, in quo clamamus Abba, Pater. Rom. VIII -- 15.*

e) *Si autem filii, et haeredes: Haeredes quidem Dei, cohaeredes autem Christi. Rom. VIII -- 17.*

f) *Quicunque oraverit in loco isto, exaudi de habitaculo tuo, id est: de coelis, et propitiare. 2 Paral. VI -- 21.*



R. Petimus primum, ut Dei nomen ſanctificetur, quia quovis tempore, et ante omnes actiones petenda ſunt prius ea, quae ad gloriam Dei faciunt, (g) deinde illa, quae nobis, aut proximis noſtris ſunt neceſſaria.

Q. *Quid petimus prima orationis Dominicae petitione?*

R. Prima orationis Dominicae petitione petimus:

1. Ut omnes homines in terris Deum cognoſcant, ſanctiſſimum ejus nomen profiteantur, et omni modo glorificent.
2. Ut peccatores ad Deum convertantur, et poenitentiam agant.
3. Ne ſanctiſſimum Dei nomen ab haereticis vel idololatris, blaſphemia, aut vita minime religioſa profanetur.

Q. *Quomodo ſonat altera Petitio?*

R. Altera Petitio ita ſonat: Adveniat regnum tuum.

Q.

---

g) *Quaerite primum regnum Dei, et juſtitiam ejus, et haec omnia adjicientur vobis. Matth. VI -- 33.*

Q. *Altera Petitione quid petimus?*
R. Altera Petitione petimus,
1. Ut Deus Ecclesiam suam, et regnum suae gratiae dilatet, et stabiliat; regnum vero Satanae, et peccatum e medio tollat.
2. Ut fidem, spem, et charitatem nobis instillet, virtutesque has in nobis augeat.
3. Ut nos finita vita coelo donet.

Q. *Quomodo sonat tertia Petitio?*
R. Tertia Petitio ita sonat: Fiat voluntas tua sicut in coelo et in terra.

Q. *Quid petimus hac tertia Petitione?*
R. Tertia Petitione petimus:
1. Deum gratiam, ut ejus divinae voluntati in omnibus casibus accurate et libenter obtemperemus in terris ita, quemadmodum spiritus illi coelestes, et electi in coelo eidem obtemperant.
2. Ut Deus a nobis amoveat omnia, quae nos in adimplenda divina voluntate impediunt.



c. De quatuor reliquis Orationis DOMINICAE PETITIONIBUS.

Q. *Quomodo ſonat quarta Petitio?*

R. Quarta Petitio ita ſonat: Panem noſtrum quotidianum da nobis hodie.

Q. *Quid petimus quarta Petitione?*

R. Quarta Petitione petimus:

1. Ut nobis Deus ea det omnia, quae ad conſervandam corporis et animae vitam neceſſaria ſunt.
2. Ut Deus annonae penuriam, famem aeque ac peccatum, quod ſaepe ejusmodi malorum cauſa exiſtit, a nobis benigne avertat.

Q. *Quomodo ſonat quinta petitio?*

R. Quinta Petitio ita ſonat: Dimitte nobis debita noſtra, ſicut et nos dimittimus debitoribus noſtris.

Q. *Quid petimus quinta petitione?*

R. Petitione quinta petimus, ut nobis Deus peccata remittat ita, quemadmodum nos ex corde remittimus iis, qui nos offenderunt.

Q. *Quomodo ſonat ſexta Petitio?*

R. Sexta Petitio ita ſonat: Et ne nos inducas in tentationem.

Q. *Quid*

Q. *Quid petimus hac ſexta Petitione?*

R. Hac ſexta Petitione petimus, ne nobis Deus tempore tentationis ſuam deneget opem, nec permittat, ut adſenſum tentationi praebeamus.

Q. *A quo tentamur praecipue?*

R. Praecipue tentamur a mundo, et propria carne, id eſt: a noſtris pravis cupiditatibus, et deſideriis, (h) atque daemone.

Q. *Pios, et Electos tentat ne Deus?*

R. Etiam Pios, et Electos tentat Deus, quoties eorum virtutem probat:

---

h) *Quoniam omne, quod eſt in mundo, concupiſcentia carnis eſt, et concupiſcentia oculorum, et ſuperbia vitae: quae non eſt ex Patre, ſed ex mundo eſt.* 1 *Ioan. II --- 16. Unusquisque tentatur a concupiſcentia ſua abſtractus et illectus. Jacob. I --- 14. Sobrii eſtote, et vigilate, quia adverſarius veſter diabolus circuit, quaerens, quem devoret.* 1 *Petr. V -- 8. Induite vos armaturam Dei, ut poſſitis ſtare adverſus diaboli. Eph. VI -- 11.*

1. Morbo.
2. Egeſtate, et aliis calamitatibus.

Q. *Quomodo ſonat ſeptima Petitio?*

R. Septima Petitio ita ſonat: Sed libera nos a malo.

Q. *Quid petimus ſeptima Petitione?*

R. Septima Petitione petimus:

1. Ut nos Deus praeſertim a malo animae, quod eſt peccatum, liberet, nos a temporali, et aeterna poena defendat.
2. Ut nos Deus a malis corporis liberet, ſi nobis ad ſalutem nihil proſunt. (i)
3. Ut nobis det gratiam ad omnes calamitates, quas permittit, patienter, et conſtanter ferendas. (k)

Q.

(i) *Beatus vir, qui ſuffert tentationem: quoniam cum probatus fuerit, accipiet coronam vitae, quam repromiſit diligentibus ſe. Jac. I -- 12. Et quia acceptus eras Deo, neceſſe fuit, ut tentatio probaret te. Tob. XII -- 13.*

(k) *Vaſa ſiguli probat fornax, et homines juſtos tentatio tribulationis. Eccl. XXVII -- 6.*

Q. *Quid ſignificat haec vox: Amen?*
R. Amen eſt vox hebraica, et ſignificat: fiat, ſeu fiet.

§. 3. De Salutatione Angelica.

Q. *Quam orationem vulgo Chriſtiani catholici orationi, Pater noſter, ſubjungunt?*
R. Catholici Chriſtiani orationi Pater noſter, vulgo ſubjungunt: Salutationem Angelicam.
Q. *Quid eſt Salutatio Angelica?*
R. Salutatio Angelica eſt oratio, qua Beatiſſimam Virginem Mariam, Dei Matrem prae Angelis, et Sanctis praecipue colimus, et invocamus.
Q. *Quomodo ſonat Salutatio Angelica?*
R. Salutatio Angelica ita ſonat: Ave Maria, gratia plena: Dominus tecum; benedicta tu in mulieribus, et benedictus fructus ventris tui Jeſus. Sancta Maria mater Dei, ora pro nobis peccatoribus, nunc et in hora mortis noſtrae. Amen.
Q. *Quot partibus conſtat Salutatio Angelica?*
R. Salutatio Angelica conſtat tribus par-

 tibus:

tibus: Salutatione Archangeli Gabrielis; Salutatione Elisabethae; et verbis Ecclesiae.

Q. *Quibus verbis Angelus Gabriel salutavit Mariam?*

R. Angelus Gabriel salutavit Mariam his verbis: Ave Maria, gratia plena, Dominus tecum, benedicta tu in mulieribus. (l)

Q. *Quibus verbis salutavit Mariam Elisabeth?*

R. Elisabeth salutavit Mariam iteratis verbis Angeli: benedicta tu in mulieribus, addens sequentia: et benedictus fructus ventris tui. (m)

Q. *Quae verba addidit Ecclesia?*

R. Ecclesia haec verba addidit; videlicet: Jesus. Sancta Maria mater Dei, ora pro nobis peccatoribus, nunc, et in hora mortis nostrae. Amen.

Q. *Cur dicimus: Sancta Maria mater Dei?*

R. Dicimus: Sancta Maria mater Dei, 1. Quia sancta Maria Virgo Jesum Chri-

---

l) *Luc. I --- 28.*
m) *Luc. I --- 48.*

Chriſtum in lucem edidit, qui vere Deus eſt.

2. Quia hoc nomen ſpem et fiduciam in nobis excitat, Deum, ejus interpoſitionem pro nobis, auditurum.

Q. *Cur dicimus: ora pro nobis peccatoribus?*

R. Dicimus: ora pro nobis peccatoribus, ut Maria agnitione noſtrae miſeriae commota, ſpiritum poenitentiae, et remiſſionem peccatorum noſtrorum a Deo nobis impetret.

Q. *Cur dicimus: Ora pro nobis nunc, et in hora mortis noſtrae?*

R. Dicimus: Ora pro nobis nunc, et in hora mortis noſtrae ideo, quia ſemper aeque nunc, ac in hora mortis, qua daemonis tentationes ſaepius fortiſſimae ſunt, auxilio, et ope Dei egemus.


Q. *Quo praecipue tempore colit Eccleſia matrem Dei Salutatione Angelica?*

R. Matrem Dei Salutatione Angelica colit Eccleſia praecipue mane, meridie, et veſpere, cum datur campana ſignum.



Q. Cujus praecipue, cum datur campana ſignum, meminiſſe oportet?

R. Praecipue, cum datur campana ſignum, incarnationis Filii Dei, cum gratiarum actione, et religioſe, meminiſſe oportet.



CAPUT III.

I. SECTIO

DE CHARITATE CHRISTIANA.

Q. Quid eſt Charitas chriſtiana?

R. Chriſtiana Charitas eſt ſupernaturalis a Deo infuſa virtus, (a) qua Deum, ut ſupremum bonum, ipſius cauſa; Proximum vero propter Deum aeque ac nos diligimus.

Q. Quid eſt chriſtiane diligere?

R. Chriſtiane diligere eſt Deum, ut ſupremum bonum ipſius cauſa, et pro-

---

a) *Charitas Dei difuſſa eſt in cordibus noſtris per Spiritum ſanctum, qui datus eſt nobis. Rom. V -- 5.*

proximum propter Deum amare, (b) causa Dei omnia libenter agere, quae ille imperaverat.

Q. *Diligendus ne est etiam Deus ob alias causas, an tantum sui causa?*

R. Diligendus est Deus etiam ideo, quia nos summa bonitate prosequitur. (c)

Q. *Quomodo diligendus est Deus?*

R. Deus diligendus est super omnia, ex toto corde, ex tota anima nostra, ex tota mente nostra, et omnibus viribus nostris.

Q. *Quid est Deum super omnia diligere?*

R. Deum super omnia diligere, est Deum omnibus creatis rebus prae-

po-

---

b) *Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, et in tota anima tua, et in tota mente tua. Hoc est maximum, et primum mandatum. Secundum autem simile est huic: Diliges proximum tuum sicut te ipsum. Matth. XXII -- 37. 38. 39.*

c) *Nos diligamus Deum, quoniam Deus prior dilexit nos. 1 Ioan. IV -- 19.*

ponere, et pluris facere omnibus, quae nobis placent, et arrident.

Q. *Quid eſt Deum ex toto corde, anima, mente, et viribus diligere?*

R. Deum ex toro corde, anima, mente, et viribus diligere, eſt omnes ſuas cogitationes, ſua deſideria, verba, et actiones ſuas ad Deum dirigere, libentius omnia, etiam vitam, amittere, omniaque perpeti, quam contra Dei praecepta quidpiam agere.

Q. *Quis nomine Proximi intelligitur?*

R. Nomine Proximi intelligitur quilibet homo, ſive ille amicus, ſive inimicus ſit. (d)

Q. *Quid eſt Proximum diligere?*

R. Proximum diligere, eſt ei bene velle, eidem facere, quod ipſi jucundum eſt, et utile; illud vero omittere, quod moleſtiam, et damnum affert. (e) Q.

d) *Vide narrationem Jeſu Chriſti de miſericorde Samaritano. Luc. X -- 29.*

e) *Charitas patiens eſt, benigna eſt; Charitas non aemulatur, non agit perperum, non inflatur. Non eſt ambitioſa,* non

Q. *Quid eſt Proximum propter Deum diligere?*

R. Proximum propter Deum diligere, eſt Proximum amare, quia eſt ad imaginem Dei factus; et quia Deus jubet, ut proximum diligamus. (f)

Q. *Quid eſt: diliges Proximum tuum, ſicut te ipſum?*

R. Diliges Proximum tuum ſicut te ipſum eſt, nihil ejusmodi proximo facere, quod nobis ipſis dictante ratione

---

non quaerit, quae ſua ſunt, non iraſcitur, non cogitat malum. Non gaudet ſuper iniquitate, congaudet autem veritati. Omnia ſuffert, omnia credit, omnia ſperat, omnia ſuſtinet. 1. Cor. XIII -- 4 -- 5 -- 6 -- 7.

f) *Si quis dixerit, quoniam diligo Deum: et fratrem ſuum oderit, mendax eſt. Qui enim non diligit fratrem ſuum, quem videt: Deum, quem non videt, quomodo poteſt diligere? et hoc mandatum habemus a Deo, ut qui diligit Deum, diligat et fratrem ſuum. 1 Ioan. IV --- 20 -- 21.*

tione displiceret; id porro facere, quod nos ab ipso jure desideramus. (g)

Q. *Est ne proximi dilectio necessaria?*

R. Proximi dilectio ita est necessaria, ut homo simulac ad usum rationis venit, sine dilectione proximi salutem animae non assequatur. (h)

Q. *Qua ratione demonstramus nos habere amorem Dei, et Proximi?*

R. Demonstramus nos habere amorem Dei, et Proximi observantia praeceptorum divinorum. (i)

II. SE-

---

g) *Omnia, quae vultis, ut faciant vobis homines, et vos facite illis. Haec est enim lex, et Prophetae. Math. VII--12.*

h) *Qui non diligit, manet in morte. Omnis, qui odit fratrem suum, homicida est. Et scitis, quoniam omnis homicida non habet vitam aeternam in semetipso manentem. 1 Ioan. III--14--15.*

i) *Qui habet mandata mea, et servat ea, ille est, qui diligit me. Ioan. XIV--21.*

II SECTIO.

DE DECEM DEI PRAECEPTIS GENERATIM.

Q. *Quae ſunt illa decem Dei Praecepta?*
R. Compendioſe collecta ſunt haec ſequentia decem Dei Praecepta:

1. Unum ſolummodo Deum coles.
2. Non aſſumes nomen Dei tui in vanum.
3. Diem feſtum ſanctificabis.
4. Honora patrem, et matrem tuam, ut longo vivas tempore, et bene ſit tibi in terra.
5. Non occides.
6. Non moechaberis.
7. Non furtum facies.
8. Non loqueris contra proximum tuum falſum teſtimonium.
9. Non deſiderabis uxorem proximi tui.
10. Nullam rem concupiſces ex bonis proximi tui.

Q. *Quomodo haec decem praecepta Dei in ſacra ſcriptura exprimuntur?*

R. Haec decem Dei praecepta ita in ſacra ſcriptura exprimuntur:

1. Ego ſum Dominus Deus tuus. Non habebis deos alienos coram me. Non facies tibi ſculptile, ut adores illud.

2. Non aſſumes nomen Domini Dei tui in vanum.

3. Memento, ut diem Sabbathi ſanctifices.

4. Honora patrem, et matrem tuam, ut longo vivas tempore, et bene ſit tibi in terra.

5. Non occides.

6. Neque moechaberis.

7. Furtum non facies.

8. Nec loqueris contra proximum tuum falſum teſtimonium.

9. Non concupiſces uxorem proximi tui.

10. Non concupiſces proximi tui domum, non agrum, non ſervum non ancillam, non bovem, non aſinum, et univerſa, quae illius ſunt.

Q. *Quod eſt diſcrimen inter poſtrema duo praecepta utriusque libri ſacrae ſcripturae, in quibus ea habentur?*

R. Si

R. Si rem ipſam ſpectemus, inter po, ſtrema duo praecepta nullum eſt diſcrimen, diſcrimen tamen eſt, ſi ſpectemus ordinem, et elocutionem. In libro ſiquidem Exodi primum prohibetur, ne concupiſcamus proximi domum, deinde ne concupiſcamus uxorem proximi, et univerſa, quae ejus ſunt. In libro porro Deuteronomii prohibetur, ne proximi uxorem concupiſcamus, deinde domum, et univerſa, quae illius ſunt.

Q. *Cui data ſunt a Deo haec decem praecepta?*

R. Haec decem praecepta data ſunt a Deo Moyſi in monte Synai pro populo Iſräelitico, poſteaquam veniſſet in deſertum. (a)

Q. *Quomodo haec praecepta data ſunt a Deo?*

R. Haec praecepta data ſunt a Deo in duabus tabulis lapideis digito ipſius Dei exarata inter fulmina et tonitrua, ut

1. Ea

---

a) *Vide hiſtoriam datae legis divinae. Exod. XIX et XX.*

1. Ea populus adimpleret promtius.
2. Ut populus cum reverentia voluntati divinae morem gereret.
3. Ut transgressoribus legis timorem suae potentiae, itemque poenarum, quas minatur, incuteret.

Q. *Obligamur ne ad servanda haec decem Dei praecepta?*

R. Etiam nos obligamur ad servanda haec decem Dei praecepta:

1. Quia illa explicant clarius leges naturales, quae in cordibus nostris exaratae sunt.
2. Quia ipse Christus Dominus illa approbavit, et servari jussit. (b)

Q. *Possunt ne haec decem Dei praecepta servari?*

R. Haec decem Dei praecepta servari possunt; cum nulli Deus ad ea servanda deneget gratiam. (c)

Q.

---

b) *Nolite putare, quoniam veni solvere legem, aut prophetas; non veni solvere, sed adimplere. Matth. V -- 17.*

c) *Et spiritum meum ponam in medio vestri, et faciam, ut in praeceptis meis*

Q. *Quid in ſe continent haec decem Dei praecepta?*

R. Tria priora Dei praecepta continent in ſe officia erga Deum; ſeptem porro alia, officia erga proximum.

Q. *Ubi habentur haec decem Dei praecepta breviter expreſſa?*

R. Breviter expreſſa decem Dei praecepta habentur duobus praeceptis dilectionis.

Q. *Quod eſt primum dilectionis praeceptum?*

R. Primum dilectionis praeceptum eſt: diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, et in tota anima tua, et omnibus viribus tuis. (d)

Q. *Quod eſt alterum dilectionis praeceptum?*

R. Al-

---

meis ambuletis, et judicia mea cuſtodiatis, et operemini. Ezech. XXXVI. 27. Deus eſt, qui operatur in vobis et velle, et perficere pro bona voluntate. Phil. II -- 13. Item. Omnia poſſum in eo, qui me confortat. Phil. IV -- 13.

d) *Matth. XXII -- 37 -- 38.*



R. Alterum dilectionis praeceptum eſt: diliges proximum tuum, ſicut te ipſum. (e)

Q. *Quibus verbis illuſtrat Chriſtus praeceptum dilectionis proximi?*

R. Chriſtus illuſtrat praeceptum dilectionis proximi his verbis: Omnia, quaecunque vultis, ut faciant vobis homines, et vos facite illis. Haec enim eſt lex, et prophetae. (f)

Q. *Quid de unoquoque horum decem praeceptorum Dei obſervandum?*

R. Obſervandum, in quovis praecepto aliquid praecipi, et etiam aliquid prohiberi.

III. Sectio.

De Decem DEI Praeceptis speciatim.

§. I. De tribus primis Praeceptis, quae in ſe officia erga Deum continent.

Q. *Quid praecipitur primo Dei Praecepto?*

R. Pri-

---

e) *Matth. XXII -- 39.*
f) *Math. VII -- 12.*

R. Primo Dei praecepto praecipitur, ut unum credamus Deum, (a) eum adoremus, (b) in eo ſpem habeamus, (c) eumque diligamus. (d)

Q. *Quid primo praecepto prohibetur?*

R. Primo praecepto prohibetur: infidelitas

---

a) *Sine fide impoſſibile eſt placere Deo. Credere enim oportet accedentem ad Deum, quia eſt. Hebr. XI -- 6.*

b) *Scriptum eſt: Dominum Deum tuum adorabis, et illi ſoli ſervies. Matth. IV -- 10.*

c) *Qui timent Dominum, ſperaverunt in Domino: adjutor eorum eſt. Pſal. CXIII -- 11. Sperate in eo omnis congregatio populorum --- Deus adjutor noſter in aeternum. Pſal. LXI --- 9.*

d) *Audi Iſrael! Dominus Deus noſter Dominus unus eſt. Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, ex tota anima tua, et ex tota fortitudine tua. Deut. VI -- 4 -- 5.*



litas, (e) idololatria, (f) haeresis, (g) magia, superstitio, maleficium, (h) odi-

e) *Qui non crediderit, condemnabitur. Marc. XVI -- 16.*

f) *Qui commutaverunt veritatem Dei in mendacium, et coluerunt, et servierunt creaturae potius, quam creatori, qui est benedictus in secula. Amen. Rom. I -- 25. Nolite converti ad idola, nec deos conflatiles faciatis vobis. Ego Dominus Deus vester. Lev. XIX -- - 4. Neque idololatrae efficiamini, sicut quidam ex ipsis. 1. Cor. X -- 7.*

g) *Haereticum hominem post unam et secundam correptionem devita. Tit. III -- 10.*

h) *Non declinetis ad magos, nec ab hariolis aliquid sciscitemini, ne polluamini per eos. Ego Dominus Deus vester. Lev. XIX. -- 31. Anima, quae declinaverit ad magos, et ariolos, et fornicata fuerit cum eis, ponam faciem meam contra eam, et interficiam illam de medio populi sui. Lev. XX -- 6.*

odium Dei, (i) desperatio, diffidentia, (k) aut nimia spes in Dei misericordia. (l)

Q. *Cultus angelorum, et invocatio sanctorum sunt ne huic primo praecepto Dei contraria?*

R. Cultus angelorum, et invocatio sanctorum non sunt contraria huic primo divino praecepto, imo bona, et utilia. (m)

 Q. *Cur*

---

i) *Exurgat Dominus, et dissipentur inimici ejus, et fugiant, qui oderunt eum, a facie ejus. Psal. LXVI -- 2.*

k) *Nolite itaque amittere confidentiam vestram, quae magnam habet remunerationem. Hebr. X -- 35.*

l) *An divitias bonitatis ejus, et patientiae, et langanimitatis contemnis? ignoras, quoniam benignitas Dei ad poenitentiam te adducit? Rom. II -- 4.*

m) *Si fuerit pro eo angelus loquens unus de millibus, ut annuntiet hominis aequitatem, miserebitur ejus, et dicet: libera eum, ut non descendat in corruptionem, inveni, in quo ei propitier.*



Q. *Cur Christiani Catholici invocant angelos?*

R. Catholici Christiani invocant angelos, quia illi ad custodiendos homines

---

tier. Job. XXXIII -- 23 -- 24. Mihi autem nimis honorati sunt amici tui Deus: nimis confortatus est principatus eorum. Ps. CXXXVIII-17. Laudate Dominum in sanctis ejus: laudate eum in firmamento virtutis ejus. Psal. CL -- 1. Concilium Trident. Sess. 25. Mandat sancta Synodus omnibus Episcopis, et caeteris docendi munus, curamque sustinentibus, ut juxta Catholicae, et Apostolicae Ecclesiae usum, a primaevis Christianae religionis temporibus receptum, sanctorumque Patrum consensionem, et sacrorum Conciliorum Decreta, inprimis de Sanctorum intercessione, invocatione, Reliquiarum honore, et legitimo imaginum usu, fideles diligenter instruant, docentes eos, Sanctos, una cum Christo regnantes, orationes suas pro hominibus Deo offerre: bonum atque utile esse suppliciter eos invocare.

nes sunt constituti: quia homines diligunt, eorum salutis curam habent, pro iisdem orant; et quia Deum perpetuo intuentur, etiam eidem orationes hominum offerunt. (n)

---

n) *Quoniam angelis suis mandavit de te: ut custodiant te in omnibus viis tuis. In manibus portabunt te: ne forte offendas ad lapidem pedem tuum. Psal. XC --- 11 --- 12: Videte, ne contemnatis unum ex his pusillis: dico enim vobis: quia angeli eorum in coelis semper vident faciem Patris mei, qui in coelis est. Matth. XVIII -- 10.*
Quando orabas cum lacrymis, et sepeliebas mortuos, et derelinquebas prandium tuum, et mortuos abscondebas per diem in domo tua, et nocte sepeliebas eos, ego obtuli orationem tuam Domino. Tob. XII -- 12.
Et alius angelus venit, et stetit ante altare habens thuribulum aureum, et data sunt illi incensa multa, ut daret de orationibus Sanctorum omnium. Super altare aureum, quod est ante thro-

Q. *Cur Christiani Catholici invocant Sanctos?*

R. Christiani Catholici invocant Sanctos, non quod nos ipsi juvent, sed quod amici Dei sint, et Deum pro nobis orent. (o)

Q. *Utrum usus imaginum in Ecclesia Catholica non sit contrarius huic primo divino praecepto, quo vetatur fieri sculptile?*

R. Usus imaginum in Ecclesia Catholica non est contrarius huic primo divino praecepto; istud siquidem prohibet

---

thronum Dei. Et ascendit fumus incensorum de orationibus Sanctorum de manu angeli coram Deo. Apoc. Ioan. VIII -- 3 -- 4.

o) *Hic est fratrum amator, et populi Israelis. Hic est, qui multum orat pro populo, et universa sancta civitate, Jeremias propheta Dei. 2 Machab. XV -- 14. Conc. Trid. Sess. 25. ut superius.*

hibet facere ſculptile, ut illud adoretur. (p)

Q. *Cur, et quomodo Catholici colunt imagines?*

R. Catholici colunt imagines, quia repraeſentant aliquid cultu dignum, ut: divinam aliquam perſonam, matrem Dei, aut etiam quempiam ſanctum. Cultus non exhibetur imagini, ſed ei, quem imago repraeſentat.

Q. *Agunt ne Catholici contra hoc divinum praeceptum colentes reliquias Sanctorum?*

R. Catholici colentes reliquias Sanctorum non agunt contra hoc primum divinum praeceptum, quia illas non adorant. (q)

Q. Quo-

p) *Non facietis vobis idolum, et ſculptile, nec titulos erigetis, nec inſignem lapidem ponetis in terra veſtra, ut adoretis eum. Lev. XXVI -- 1.*

q) *Conc. Trid. Seſſ. 25. Decreto de invocatione Sanctorum ſic praecipit: Sanctorum quoque Martyrum, et aliorum cum Chriſto viventium ſancta eorpora,*



Q. *Quomodo, et cur Catholici Chrifliani colunt reliquias?*

R. Catholici Chriftiani colunt reliquias:

1. Quia funt reliquiae illorum corporum, in quibus fancti, aut per martyrium victima Deo facti funt; aut per poenitentiam, et alia pia opera fingulari quodam perfectioris gradu Deo fervierunt.
2. Quia Deus easdem reliquias poft refurrectionem mortuorum aeternum in coelo glorificabit. (r)
3. Quia per reliquias Deus faepe pro-

---

ra, quae viva membra fuerunt Chrifli, et templum Spiritus fancti, ab ipfo ad aeternam vitam fufcitanda et glorificanda, a fidelibus veneranda effe, per quae multa beneficia a Deo hominibus praeftantur.

r) *Qui reformabit corpus humilitatis noftrae, configuratum corpori claritatis fuae fecundum operationem, quia etiam poffit fubjicere fibi omnia. Phil. III-21.*

prodigia fecit, et in homines plurima bona contulit. (s)

Q. Quid

---

s) *Nec ſuperavit illum (Eliam) verbum aliquod, et mortuum prophetavit corpus ejus. In vita ſua ſecit monſtra, et in morte mirabilia operatus eſt. Eccl. XLVIII -- 14 -- 15.*
Et pallio Eliae, quod ceciderat ei, percuſſit aquas, et non ſunt diviſae, et dixit: Ubi eſt Deus Eliae etiam nunc? percuſſitque aquas, et diviſae ſunt huc atque illuc, et tranſiit Eliſaeus. 4 Reg. II -- 14.
Quidam autem ſepelientes hominem viderunt latrunculos, et projecerunt cadaver in ſepulchro Eliſaci; quod cum tetigiſſet corpus Eliſaei, revixit homo, et ſtetit ſuper pedes ſuos. 4 Reg. XIII -- 21. Virtutesque non quaslibet faciebat Deus per manum Pauli, ita, ut etiam ſuper languidos deferrentur a corpore ejus ſudaria, et ſemicinctia, et recedebant ab eis languores, et ſpiritus nequam egrediebantur. Act. Apoſt. XIX -- 11 -- 12.

Q. *Quid altero Dei praecepto prohibetur?*
R. Altero Dei pracepto prohibetur nominis Dei profanatio
Q. *Quomodo nomen Dci profanatur?*
R. Nomen Dei profanatur:

1, Omnibus peccatis. (t)
2. Praecipue blaſphemia; (u) Siquis de Deo, de religione vera, et Sanctis Dei contumelioſe loquitur.
3. Siquis extra neceſſitatem, vel etiam falſo jurat. (w)

4. Si-

t) *Qui in lege gloriaris, per praevaricationem legis Deum inhonoras. Rom. II -- 23.*

u) *Et qui blaſphemaverit nomen Domini, morte moriatur: lapidibus opprimet eum omnis multitudo, ſive ille civis, ſive peregrinus fuerit. Qui blaſphemaverit nomen Domini morte moriatur. Lev. XXIV -- 16.*

w) *Non jurare omnino; neque per coelum, quia thronus Dei eſt, neque per terram, quia ſcabellum eſt pedum ejus, neque per Jeroſolymam, quia civitas*

eſt

4. Siquis vota Deo facta transgreditur. (x)
5. Siquis nomen Dei absque necessi-

---

est magni Regis. Matth. V -- 34.
Non perjurabis in nomine meo, nec pollues nomen Dei tui. Ego Dominus Levit. XIX -- 12.
Ante omnia autem fratres mei nolite jurare, neque per coelum, neque per terram, neque aliud, quodcumque juramentum. Sit autem sermo vester: Est, est: Non, non: ut non sub judicio decidatis. Jac. V -- 12.

x) *Cum votum voveris Domino Deo tuo, non tardabis reddere, quia requiret illud Dominus Deus tuus: et si moratus fueris, reputabitur tibi in peccatum. Si nolueris polliceri, absque peccato eris. Quod autem egressum est de labiis tuis, observabis, et facies sicut promisisti Domino Deo tuo, et propria voluntate, et ore tuo locutus es. Deut. XXIII -- 21 -- 22.*

ceſſitate, et absque reverentia profert. (y)

6. Siquis verbum Dei adulterat, aut etiam illo abutitur. (z)

Q. *Quid altero Dei praecepto praecipitur?*

R. Altero Dei praecepto praecipitur, ut nomen Dei religioſe colamus, et illo cum reverentia utamur.

Q. *Quomodo nomen Dei honoramus, et religioſe colimus?*

R. Nomen Dei honoramus, et religioſe colimus:

1. Cum Deum libere ubivis terrarum palam confitemur. (aa)

2. Cum

---

y) *Non aſſumes nomen Domini Dei tui in vanum: nec enim habebit inſontem Dominus eum, qui aſſumſit nomen Domini Dei ſui fruſtra. Exod. XX -- 7.*

z) *Non ſumus, ſicut plurimi, adulterantes verbum Dei. 2 Cor. II -- 17.*

aa) *Exaltabo te Deus meus Rex, et benedicam nomini tuo in ſeculum, et in ſeculum ſeculi. Per ſingulos dies benedicam tibi: et laudabo nomen tuum*

2. Cum a Deo in animae aeque ac corporis necessitatibus opem, atque auxilium imploramus. (bb)
3. Cum Deum legitime jurando testem invocamus ad confirmandam veritatem. (cc)
4. Cum vòta Deo facta libenter adimplemus. (dd)

5. Cum

---

tuum in seculum, et in seculum seculi. Psal. CXLIV -- 1 - 2.
Qui confitebitur me coram hominibus: confitebor et ego eum coram Patre meo, qui in coelis est. Matth. X -- 32.

bb) *Invoca me in die tribulationis: eruam te, et honorificabis me. Psal. XLIX -- 15. Haec est fiducia, quam habemus ad eum: quia quodcunque petierimus secundum voluntatem ejus, audit nos. 1 Ioan. V -- 14.*

cc) *Deum tuum timebis, et illi soli servies, ac per nomen ejus jurabis. Deut. VI -- 13.*

dd) *Vovete, et reddite Domino Deo vestro, omnes, qui in circuitu ejus affertis munera, terribili. Psal. LXXV - 12.*

5. Cum Dei verbum diligenter, et religiose audimus. (ee)

6. Cum omnia ad laudem nominis Dei facimus, aut etiam Deo offerimus. (ff)

Q. *Quid tertio Dei praecepto praecipitur?*

R. Tertio Dei praecepto praecipitur, ut die dominico, qui dies a temporibus Apostolorum in memoriam resurrectionis Christi festus dictus, ab ope-

ee) *Verbum Christi habitet in vobis abundanter, in omni sapientia docentes, et commoventes vosmet ipsos, in psalmis, hymnis, et canticis spiritualibus, in gratia cantantes in cordibus vestris Deo. Colos. III --- 16. Beati, qui audiunt verbum Dei, et custodiunt illud. Luc. XI -- 28.*

ff) *Gratias agentes semper pro omnibus in nomine Domini nostri Jesu Christi Deo et Patri. Eph. V --- 20. Sive manducatis, sive bibitis, sive aliud quod facitis, omnia in gloriam Dei facite. 1 Cor. X -- 31.*

opere abſtineamus, religionique vacemus. (gg)

Q. *Quid tertio Dei praecepto prohibetur?*

R. Tertio Dei praecepto prohibetur:

1. Omne opus ſervile absque neceſſitate, et legitima permiſſione. (hh)
2. Alia omnia opera, quae diem hunc profanant, aut pietatem impediunt.

§. 2. De Septem reliquis DEI PRAECEPTIS, quae officia erga Proximum in ſe continent.

Q. *Quid praecipitur quarto Dei praecepto?*

R.

---

gg) *Memento, ut diem Sabbathi ſanctifices. Exod.* XX -- *8.*

hh) *Sex diebus operaberis, et facies omnia opera tua, ſeptimo autem Sabbathum Domini Dei tui eſt; non facies omne opus in eo, tu, et filius tuus, et filia tua, ſervus tuus, ct ancilla tua, jumentum tuum, et advena, qui eſt intra portas tuas. Exod.* XX -- *9* -- *10.*



R. Quarto Dei praecepto praecipitur, ut liberi parentes ſuos diligant, honorent, (a) iisdem ſerviant, (b) in omnibus iis, quibus praeceptum Dei non violatur, obediant, (c) in animae aeque ac corporis neceſſitatibus juvent,

---

a) *Honora Patrem tuum, et matrem tuam, quod eſt mandatum primum in promiſſione. Eph. VI -- 2. Honora Patrem tuum, et gemitus matris tuae ne obliviſcaris. Eccl. VII -- 29.*

b) *Qui timet Dominum, honorat parentes, et quaſi dominis ſerviet his, qui ſe genuerunt. In opere et ſermone, et omni patientia honora parentem tuum. Eccl. III -- 8 -- 9.*

c) *Filii, obedite parentibus veſtris per omnia, hoc enim placitum eſt Domino. Coloſ. III -- 20. Filii obedite parentibus veſtris in Domino, hoc enim eſt juſtum. Eph. VI -- 1. Obedire oportet Deo magis, quam hominibus. Act. Apoſt. V -- 29.*

vent; (d) pro iisdem orent Deum. (e)

Q. *Quid quarto Dei praecepto prohibetur?*

R. Quarto Dei praecepto prohibetur: Parentibus non obtemperare, (f) eos odio prosequi, (g) vili pendere, (h) cavil-

H

d) *Si qua autem vidua filios, aut nepotes habet: discat primum domum suam regere, et mutuam vicem reddere parentibus, hoc enim acceptum est coram Deo.* 1 *Timoth. V* -- 4. *Fili! suscipe senectam patris tui, et non contristes eum in vita illius. Et si defecerit sensu, veniam da, et ne spernas eum in virtute tua: Eleemosyna enim patris non erit in oblivione. Eccl. III*- - 14 -- 15.

e) *Obsecro igitur primum omnium fieri obsecrationes, orationes, postulationes, gratiarum actiones pro omnibus hominibus.* 1 *Tim. II* -- 1 -- 2.

f) *Erunt homines se ipsos amantes, cupidi, parentibus non obedientes, scelesti, et hos devita.* 2 *Tim. III* -- 2 -- 5.

g) *Vide historiam Absalonis.* 2. *Reg. XV* -- *XVIII.*

h) *Audi*



cavillari, (i) iis conviciari, aut maledicere, (k) in rebus eorum angustis deserere, aut etiam damnum afferre. (l)

Q. *Quid liberis, hoc praeceptum adimplentibus, promittitur?*

R. Liberis, hoc praeceptum adimplentibus,

---

h) *Audi patrem tuum, qui genuit te: et ne contemnas cum senuerit mater tua. Prov. XXIII -- 22.*

i) *Oculum, qui subsannat patrem, et qui despicit partum matris suae, effodiant eum corvi de torrentibus, et comedant eum filii aquilae. Prov. XXX-17.*

k) *Qui maledixerit Patri suo, aut matri, morte moriatur: Patri, matrique meledixit, sanguis ejus sit super eum. Levit. XX -- 9.*

l) *Qui percusserit patrem suum, aut matrem, morte moriatur. Exod. XXI- -15. Qui subtrahit aliquid a Patre suo, aut a matre, et dicit hoc non esse peccatum particeps homicidae est. Prov. XXVIII -- 24.*

tibus, promittitur vita longa, et prosperitas. (m)

Q. *Quid liberis hoc praeceptum transgredientibus timendum?*

R. Liberis hoc praeceptum transgredientlbus graviſſima temporalis et aeterna poena timenda eſt. (n)

Q. *Quod eſt officium parentum erga liberos?*

R. Officium parentum erga liberos eſt:

1. Liberos ſuos in vera fide, et ſcitu neceſſariis aut per ſe, aut per alios erudire, eosque in timore Dei educare. (o)

---

m) *Honora patrem tuum, et matrem tuam, ſicut praecepit, tibi Dominus Deus tuus, ut longo vivas tempore, et bene ſit tibi in terra, quam Dominus Deus tuus daturus eſt tibi. Deut. V -- 16.*

n) *Maledictus, qui non honorat patrem ſuum: et dicet omnis populus: amen. Deut. XXVII -- 16.*

o) *Et vos patres nolite ad iracundiam provocare filios veſtros, ſed educate illos*



2. Omnia prava exempla, pro potestate amovere, illisque vita religiosa praeire. (p)
3. Boni animae aeque ac corporis liberorum suorum curam habere, necessitatibus eorum subvenire, opem, et auxilium ferre. (q)
4. Errores, et transgressiones liberorum neque indulgentius, neque seve-

---

illos in disciplina, et correptione Domini. Eph. VI -- 4. Erudi filium tuum, et refrigerabit te, et dabit delicias animae tuae. Prov. XXIX - 17.

p) *Qui scandalisaverit unum de pusillis istis, qui in me credunt, expedit ei, ut suspendatur mola asinaria in collo ejus, et demergatur in profundum maris. Matth. XVIII -- 6.*

q) *Bonus relinquit haeredes filios et nepotes, et custoditur justo substantia peccatoris. Prov. XIII --- 22. Ponite corda vestra in omnia verba, quae ego testificor vobis hodie, ut mandetis ea filiis vestris custodire, et facere, et implere universa, quae scripta sunt legis hujus. Deut. XXXII -- 46.*

ſeverius, ſed ſemper cum amore et manſuetudine punire. (r)

Q. *Extenditur ne tantum praeceptum hoc quartum ad parentes, et liberos, an etiam ad alios?*

R. Praeceptum hoc quartum non ſolum ad liberos, et parentes extenditur, ſed etiam ad omnes ſubditos, tum ad Eccleſiaſticos et Civiles Magiſtratus, item ad Magiſtros; etiam eos, quos pro eorum aetate, et dignitate revereri oportet.

Q. *Quod eſt officium ſubditorum erga Praepoſitos et Magiſtratus?*

R. Officium ſubditorum erga Praepoſitos et Magiſtratus, ſive illi probi ſive improbi ſint, idem eſt, quod filiorum erga parentes. Quod liberis

r) *Erudi filium tuum, ne deſperes: ad interfectionem autem ejus ne ponas animam tuam. Prov. XIX -- 18. Noli ſubtrahere a puero diſciplinam: ſi enim percuſſeris eum virga, non morietur. Tu virga percuties eum, et animam ejus de inferno liberabis. Prov. XXII -- 13 -- 14.*

rls respectu parentum vetitum, aut imperatum est, idem subditis respectu Praepositorum et Magistratuum vetitum, aut imperatum esse intelligitur. (s)

Q. Quod

---

s) *Obedite Praepositis vestris, et subjacete eis. Ipsi enim pervigilant, quasi rationem pro animabus vestris reddituri, ut cum gaudio hoc faciant, et non gementes; hoc enim non expedit vobis. Hebr. XIII --- 17. Qui bene praesunt Presbyteri, duplici honore digni habeantur, maxime qui laborant in verbo, et doctrina. 1 Tim. V - 17. Omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit; non est enim potestas, nisi a Deo: quae autem sunt, a Deo ordinatae sunt. Rom. XIII -- 1. Subjecti igitur estote omni humanae creaturae propter Deum; sive Regi, quasi praecellenti: sive ducibus, tanquam a Deo missis ad vindictam malefactorum, laudem vero bonorum. 1 Petr. II --- 13 -- 14. Servos Dominis suis subditos esse, in omnibus placentes,*

non

Q. *Quod est Magistratuum et Praepositorum officium erga subditos?*

R. Magistratuum et Praepositorum erga subditos est fere idem officium, quod parentum erga liberos. Obstringuntur praecipue subditos in religione vera continere, illis justitiam administrare, contra injurias, et vim aliorum defendere. (t)

Q. *Quid*

---

non contradicentes, non fraudantes, sed in omnibus fidem bonam ostendentes: ut doctrinam Salvatoris nostri Dei ornent in omnibus. Tit. II -- 9 - 10. Servi subditi estote in omni timore dominis, non tantum bonis, et modestis, sed etiam dyscolis. 1 Petr. II -- 18.

t) *Domini! quod justum est et aequum servis praestate: scientes, quod et vos Dominum habeatis in coelo. Colos. IV -- 1. Et vos Domini eadem facite illis, remittentes minas, scientes, quia et illorum, et vester Dominus est in coelis: et personarum acceptio non est apud eum. Eph. VI -- 9.*

Q. *Quid prohibetur quinto Dei praecepto?*

R. Quinto Dei praecepto prohibetur: ne alium aut nosmet ipsos occidamus, vel etiam vulneremus. (u)

Q. *Quid praeterea quinto praecepto Dei prohibetur?*

R. Quinto praeterea Dei praecepto prohibetur ira, (w) odium, (x) pravum

---

u) *Quicunque effuderit humanum sanguinem, fundetur sanguis illius, ad imaginem quippe Dei factus est homo. Gen. IX -- 6. Sanguinem animarum vestrarum requiram de manu cunctarum bestiarum, et de manu hominis, et de manu viri, et fratris ejus, requiram animam hominis. Gen. IX - 5.*

w) *Ego autem dico vobis: quia omnis, qui irascitur fratri suo, reus erit judicio, qui autem dixerit fratri suo raca, reus erit concilio. Qui autem dixerit fatue, reus erit gehennae ignis. Matth. V -- 22.*

x) *Omnis, qui odit fratrem suum, homicida est; Et scitis, quoniam omnis homo-*

vum exemplum, (y) injuriae omnes, quae proximis inferuntur. (z)

Q. *Quid quinto Dei praeccpto praecipitur?*

R. Quinto Dei praecepto praecipitur:
1. Pax, et concordia cum omnibus, etiam illis, qui nos offenderunt, fervanda. (a) 2. Ex-

---

homicida non habet vitam aeternam in femet ipfo manentem. 1· Ioan. III-- 15.

y) *Qui fcandalifaverit unum de pufillis iftis, qui in me credunt, expedit ei, ut fufpendatur mola afinaria in collo ejus, et demergatur in profundum maris. Vae! mundo a fcandulis; necesse eft enim, ut veniant fcandala, verum tamen vae! homini illi, per quem fcandalum venit. Matth. XVIII. 6 --- 7.*

z) *Prout vultis, ut faciant vobis homines, et vos facite illis fimiliter. Luc. VI -- 31.*

a) *Si fieri poteft, quod ex vobis eft, cum omnibus hominibus pacem habentes. Rom. XII -- 18. Et fequentibus tribus verfibus.*

2. Exemplum unicuique bonum dandum: (b)
3. Proximo benevolentia in ſpiritualibus aeque ac temporalibus praeſtanda. (c)

Q. *Quid ſexto Dei praecepto prohibetur?*
R. Sexto Dei praecepto prohibentur omnia obſcena opera, cogitationes, et verba, (d) voluntaria oblectatio, et ad-

---

b) *Sic luceat lux veſtra coram hominibus, ut videant opera veſtra bona, et glorificent Patrem veſtrum, qui in coelis eſt. Matth. V -- 16.*
c) *Vos autem fratres, nolite deficere bene facientes. 2 Theſ. III -- 13.*
d) *Manifeſta ſunt opera carnis: quae ſunt: fornicatio, immunditia, impudicitia, luxuria --- quae praedico vobis, ſicut praedixi, quoniam, qui talia agunt, regnum Dei non conſequentur. Galat. V -- 19 -- 21. Fugite fornicationem. Omne peccatum quodcunque fecit homo, extra corpus eſt: qui autem fornicatur, in corpus ſuum peccat. 1. Cor. VI -- 18. Fornicatio et omnis im-*

adſenſus cogitationibus, et deſideriis obſcenis, (e) et ea omnia, quae ad obſcena viam ſternunt.

Q. *Quae ſunt illa, quae hominem ad obſcenitatem ducunt?*

R. Ad obſcenitatem ducunt hominem: Procaces veſtes, otium, (f) immoderatus cibi ac potionis uſus, (g) libera-

---

immunditia, nec nominetur in vobis, aut ſcurrilitas. Eph. V -- 3 -- 4.

e) *Audiſtis, quia dictum eſt antiquis: non moechaberis: ego autem dico vobis, quïa omnis, qui viderit mulierem ad concupiſcendum eam, jam moechatus eſt eam in corde ſuo. Matth. V - 27- -28, Virginem ne conſpicias, ne forte ſcandaliſeris in decore illius. Propter ſpeciem mulieris multi perierunt, et ex hoc concupiſcentia quaſi ignis exardeſcit. Eccl. IX -- 5 -- 9.*

f) *Ecce haec fuit iniquitas Sodomae ſororis tuae, ſuberbia, ſaturitas panis et abundantia, et otium ipſius, et filiarum ejus. Eccl. XVI -- 49.*

(g *Saturavi eos, et moechati ſunt: et in*

beralior cum perſonis alterius ſexus conſuetudo, curioſitas oculorum, (h) denique lectio librorum obſcenorum.

Q. *Quid plerumque conſequitur crimen impudicitiae?*

R. Crimen impudicitiae plerumque conſequitur:

1: Oblivio Dei.
2. Caecitas mentis.
3. Obſtinatio voluntatis.
4. Deſertio quandoque ſacrorum. (i)
5. Noxii, et turpes corporis morbi. (k)

6. Pro-

---

in domo meretricis luxuriabantur. Jer. V -- 7. Nolite inebriari vino, in quo eſt luxuria, ſed implemini ſpiritu ſancto. Eph. V -- 18.

h) *Pepigi foedus cum oculis meis, ut ne cogitarem quidem de virgine. Job.* XXXI -- *1. Averte faciem tuam a muliere comta, et ne circumſpicias ſpeciem alienam. Eccl. IX -- 8.*

i) *Salomonis exemplum. 3 Reg. XI - 1 - 10.*

k) *Qui ſe jungit fornicariis, erit nequam: putredo et vermes haereditabunt illum,*

et

6. Propter hoc ſcelus Deus ſaepius integra regna, civitates et populos graviſſima affecit poena. (l)

Q. *Cur hoc praecepto, quemadmodum in ſacra ſcriptura legimus, praecipue et expreſſe adulterium prohibetur?*

R. Adulterium hoc praecepto praecipue et expreſſe prohibetur, quia hi, qui connubia violant, praeter turpiſſimum ſcelus impudicitiae, etiam injuſtitiae crimen perpetrant.

Q. *Quid ſexto Dei praecepto praecipitur?*

R. Sexto praecepto Dei praecipitur: ut caſti corpore, caſti anima ſimus, etiam ipſis cogitationibus, verbis, et motibus corporis, (m) occaſionesque peccati vitemus. (n) pec-

---

et tolletur in exemplum majus, et tolletur de numero anima ejus. Eccl. XIX -- 3.

l) *Sodoma et Gomorrha.*

m) *Haec eſt voluntas Dei: Sanctificatio veſtra, ut abſtineatis vos a fornicatione: ut ſciat unusquisque veſtrum vas ſuum poſſidere in ſanctificatione* et



Q. *Quid septimo praecepto Dei prohibetur?*

R. Septimo praecepto Dei prohibetur furtum, (o) fraus in mensura et pondere, (p) alieni boni retentio, (q) et mer-

---

et honore: non in passione desiderii, sicut et gentes, quae ignorant Deum. 1. Thes. IV -- 3 - 4 - 5. Has ergo habentes promissiones charissimi, mundemus nos ab omni inquinamento carnis et spiritus, perficientes sanctificationem in timore Dei. 2. Cor. VII -- 1.

n) *Non des fornicariis animam tuam in ullo, ne perdas te, et haereditatem tuam. Eccl.* IX -- *6.*

o) *Non facies furtum. Matth.* XIX -- *8.*

p) *Statera justa, et aequa sint pondera; justus modius, aequusque sextarius. Lev.* XIX. -- *36.*

q) *Anima, quae peccaverit, et contemto Domino negaverit proximo suo depositum, quod fidei ejus creditum fuerat, vel vi aliquid extorserit, aut calumniam fecerit: sive rem perditam invenerit, et inficians insuper pejeraverit*

mercedis famularis, (r) fenus, (s) violatio proximi bonorum, aut etiam jurium. (t)

Q. *Quid ſeptimo Dei praecepto praecipitur?*

R. Septimo praecepto Dei praecipitur, ut unicuique, quod ſuum eſt, permittamus, tribuamus, et praeſtemus, (u)

---

verit, et quodlibet aliud ex pluribus fecerit, in quibus ſolent peccare homines, convicta delicti, reddet. Lev. VI -- 2 - 3 - 4.

r) *Vae! qui aedificat domum ſuam in injuſtitia, et coenacula ſua non in judicio: amicum ſuum opprimet fruſtra, et mercedem ejus non reddet ei. Jer.* XXII -- 13.

s) *Si pecuniam mutuam dederis populo meo pauperi, qui habitat tecum, non urgebis eum, quaſi exactor, nec uſuris opprimes.* Exod. XXII -- 25.

t) *Non facies calumniam proximo tuo, nec vi opprimes eum. Non morabitur opus mercenarii tui apud te uſque mane. Nolite facere iniquum aliquid*

in

(u) alienatum reddamus, (w) illatum damnum reſtituamus. (x)

Q. *Quid octavo praecepto Dei probibetur?*

R. Octa-

---

in judicio, in regula, in pondere, in menſura. Lev. XIX -- 13 -- 35.

u) *Reddite ergo omnibus debita: cui tributum tributum; cui vectigal vectigal: cui timorem timorem: cui bonorem bonorem: Rom. XIII -- 7. Reddite, quae ſunt Caeſaris Caeſari, et quae ſunt Dei, Deo. Matth. XXII -- 21.*

w) *Si autem dixero impio: morte morieris, et egerit poenitentiam a peccato ſuo, feceritque judicium, et juſtitiam, et pignus reſtituerit ille impius, rapinamque reddiderit, in mandatis vitae ambulaverit, nec fecerit quidquam injuſtum: vita vivet, et non morietur. Ezech. XXXIII -- 14 - 15.*

x) *Si laeſerit quiſpiam agrum vel vineam, et dimiſerit jumentum ſuum, ut depaſcatur aliena: quidquid optimum habuerit in agro ſuo, vel in vinea,*

pro

R. Octavo praecepto Dei prohibetur falſum teſtimonium, (y) falſa accuſatio, (z) omne mendacium jocoſum aeque ac officioſum, (a) calumnia, (b) detra-

---

pro damni aeſtimatione reſtituet. Exod. XXII -- 5.

y) *Teſtis falſus non erit impunitus: et qui mendacia loquitur, non effugiet--- qui loquitur mendacium, peribit. Prov. XIX -- 5 -- 9.*

z) *Teſtis iniquus deridet judicium: et os impiorum devorat iniquitatem. Prov. XIX -- 28.*

a) *Non mentiemini. Lev. XIX -- 11. Deponentes mendacium loquimini veritatem unusquisque cum proximo ſuo: quoniam ſumus invicem membra. Eph. IV -- 25.*

b) *Nolite detrahere alterutrum fratres. Qui detrahit fratri, aut qui judicat fratrem ſuum, detrahit legi, et judicat legem. Si autem judicas legem, non es factor legis, ſed judex. Jac. IV -- 11.*

detractio, (c) falsa opinio, (d) temerarium judicium, (e) susurratio. (f)

Q. *Quid hoc octavo praecepto Dei praecipitur?*

R. Hoc octavo praecepto Dei praecipitur: veritas, (g) candor in sermone et opere, (h) defensio famae proximi,

---

c) *Remove a te os pravum, et detrahentia labia sint procul a te. Prov. IV - 24.*

d) *Unusquisque malum contra amicum suum ne cogitetis in cordibus vestris. Zach. VIII -- 7.*

e) *Tu quis es, qui judicas alienum servum? Domino suo stat, aut cadit: potens est enim Deus statuere illum. Rom. XIV -- 4.*

f) *Susurro, et bilinguis maledictus: multos enim turbabit pacem habentes. Prov. XXVIII -- 15.*

g) *Loquimini veritatem unusquisque cum proximo suo. Eph. IV -- 25.*

h) *Hoc oro, ut charitas vestra magis ac magis abundet in scientia, et in omni sensu: ut probetis potiora, ut sitis sinceri, et sine offensa in diem Christi. Phil.*

ximi, (i) retractatio calumniarum, et detractionum.

Q. *Quid prohibent ultima duo Deì praecepta?*

R. Ultima duo Dei praecepta prohibent omnem cupiditatem rerum, quae alterius ſunt.

Q. *Quid ultimis duobus Dei praeceptis praecipitur?*

R. Ultimis duobus praeceptis Dei praecipitur cordis puritas, (k) coercitio cupiditatum, (l) et praecipue deſi-

 derii

Phil. I -- 9 -- 10. Qui peccatum non fecit, nec inventus eſt dolus in ore ejus. 1 Petr. II -- 22.

i) *Aperi os tuum muto, et cauſis omnium filiorum, qui pertranſeunt: aperi os tuum, decerne quod juſtum eſt, et judica inopem et pauperem. Prov. XXXI -- 8 -- 9.*

k) *Beati mundo corde; quoniam ipſi Deum videbunt. Matth. V -- 8.*

l) *Non regnet peccatum in veſtro mortali corpore, ut obediatis concupiſcentiis ejus. Rom. VI -- 12.*

Qui



derii eorum, quae noſtra non ſunt. (m)

Q. *Cur Deus etiam noſtra deſideria, et cupiditates legi ſubjecit?*

R. Deus noſtra deſideria, et cupidita- legi ſubjecit, ut oſtenderet:

1. Se eſſe cordis noſtri Dominum. (n)
2. Nihil eum omnium eorum, quae cogitamus, fugere. (o)

3. Ejus

Qui autem ſunt Chriſti, carnem ſuam crucifixerunt cum vitiis, et concupiſcentiis. Gal. V -- 14.

m) *Non concupiſces domum proximi tui: nec deſiderabis uxorem ejus, non ſervum, non ancillam, non bovem, non aſinum, nec omnia, quae illius ſunt. Exod. XX -- 17.*

n) *Sicut diviſiones aquarum, ita cor regis in manu Domini: quocunque voluerit, inclinabit illud. Prov. XXI - 1. Appendit autem corda Dominus. Verſu 2.*

o) *Qui inſpector eſt cordis, ipſe intelligit, et ſervatorem animae tuae nihil fallit. Prov. XXIV -- 12.*

3. Ejus legem longe praeſtantiorem eſſe humana lege, qua externae tantum actiones noſtrae, non vero etiam cogitationum deſideria ſtringuntur. (p)

4. Ad peccata penitus tollenda neceſſe eſſe, ut ipſe fons (cupiditates hic intelligo) obſtruatur. (q)

Q. *Quid diſcimus ex his poſtremis duobus praeceptis?*

R. Ex his poſtremis duobus praeceptis diſcimus a Chriſtianis officia praeſcripta non ſolum externe adimplenda eſſe, ſed etiam interne: ita eos

---

p) *Quae eſt alia gens ſic inclyta, ut habeat ceremonias, juſtaque judicia, et univerſam legem, quam ego proponam hodie ante oculos veſtros. Deut. IV--8. Scimus enim, quia lex ſpiritualis eſt. Rom. VII--14.*

q) *Unusquisque tentatur a concupiſcentia ſua abſtractus, et illectus. Deinde cum concupiſcentia conceperit, parit peccatum: peccatum vero cum conſummatum fuerit, generat mortem. Jac. I. 14--15.*



conſtitutos eſſe debere, ut ex toto corde parati ſint ea facere, aut vitare, quae praecipiuntur, aut prohibentur. (r)

Q. *Quid promiſit Deus adimplentibus ejus praecepta?*

R. Deus adimplentibus praecepta ejus promiſit vitam aeternam, (s) et in hoc orbe multiplicem benedictionem. (t)

IV SE-

---

r) *Non omnis, qui dicit mihi: Domine, Domine, intrabit in regnum coelorum: ſed qui facit voluntatem Patris mei, qui in coelis eſt, ipſe intrabit in regnum coelorum. Matth. VII -- 21.*

s) *Si vis ad vitam ingredi, ſerva mandata. Matth. XIX -- 17.*

t) *Et faciens miſericordias in millia his, qui diliguut me, et cuſtodiunt praecepta mea. Exod. XX -- 6.*



IV. Sectio.

DE PRAECEPTIS ECCLESIAE GENERATIM.

Q. *Habet ne Ecclesia Catholica legum praescribendarum potestatem?*

R. Ecclesia Catholica habet legum praescribendarum potestatem a Christo Jesu sibi datam. (a)

Q. *Tulit ne Catholica Ecclesia leges?*

R. Catholica Ecclesia tulit leges. (b)

Q. Te-

a) *Qui vos audit, me audit, et qui vos spernit, me spernit. Qui autem me spernit, spernit eum, qui misit me. Luc. X -- 16.*

b) *Visum est Spiritui sancto et nobis, nihil ultra imponere vobis operis, quam haec necessaria: ut abstineatis vos ab immolatis Simulacrorum, sanguine et suffocato, fornicatione, a quibus custodientes vos, bene agetis. Act. Apost. XV -- 28. Perambulabat Paulus Syriam et Ciliciam, confirmans Ecclesias, praecipiens custodire praecepta Apostolorum, et Seniorum. Act. Apost. XV -- 41.*

Q. *Tenemur ne Ecclesiae legibus, et cur?*
R. Tenemur Ecclesiae legibus: (c)
1. Quia quartum Dei praeceptum praecipit, ut Ecclesiasticis aeque ac civilibus Magistratibus obtemperemus.
2. Quia Christus noster divinus Legislator in Evangelio expresse audiendam esse Ecclesiam praecepit. (d)

Q. *Quot sunt praecepta Ecclesiae praecipue tenenda, et observanda?*
R. Praecepta Ecclesiae tenenda, et observanda praecipue sunt quinque:
1. Indicta festa celebrabis.
2. Sacrosanctum Missae sacrificium die-

---

c) *Obedite Praepositis vestris, et subjacete eis, ipsi enim pervigilant, quasi rationem pro animabus vestris reddituri: ut cum gaudio hoc faciant, et non gementes: hoc enim expedit vobis. Hebr. XIII -- 17.*

d) *Quod si non audierit eos, dic Ecclesiae: si autem Ecclesiam non audierit, sit tibi sicut ethnicus et publicanus. Matth. XVIII -- 17.*

diebus dominicis, et feſtis religioſe audies.

3. Indictos jejuniorum dies ſervabis; ut quadraginta dierum jejunium, quatuor temporum, et alia indicta. Etiam a carnibus feria ſexta et Sabbatho abſtinebis.

4. Peccata tua ſacerdoti deſignato quovis anno ſemel ſaltem confiteberis; paſchali porro tempore ſacroſanctam ſumes Euchariſtiam.

5. Vetitis temporibus nuptias non celebrabis.

V. SECTIO.

De Praeceptis Ecclesiae speciatim.

§. 1. De primis duobus Eccleſiae praeceptis.

A. Primum Eccleſiae praeceptum: Indicta Feſta celebrabis.

Q. *Quid praecipit Eccleſia primo praecepto?*

R. Eccleſia primo praecepto praecipit feſta aeque celebranda, ac dies dominicos; proinde feſtis diebus quieſcen-

ſcendum, non laborandum, piis tantum actionibus vacandum eſſe.

Q. *Quid vetat Eccleſia hoc primo praecepto?*

R. Eccleſia primo hoc praecepto vetat ea omnia diebus feſtis facienda, quae diebus dominicis vetita ſunt, videlicet:

1. Servile opus absque neceſſitate, et legitima permiſſione; quod opus feſtis et dominicis diebus ſolidis probibetur.
2. Ejusmodi actiones, et oblectationes, quae diem aut profanant; aut religioni impedimento ſunt.

B. Alterum Eccleſiae praeceptum: Sacroſanctum Miſſae ſacrificium diebus dominicis et feſtis religioſe audies.

Q. *Quid altero Eccleſiae praecepto praecipitur?*

R. Altero Eccleſiae praecepto praecipitur totius Miſſae devota diebus dominicis et feſtis auditio.

Q. *Quae praeterea ad celebrandos dies dominicos, et feſtos, pro ratione intentionis Eccleſiae, facienda?* R.

R. Ad celebrandos dies dominicos, et feſtos, pro ratione intentionis Eccleſiae, praeter auditionem Miſſae, etiam ſermones ſacri audiendi, ad Sacramentum poenitentiae et Euchariſtiae accedendum, ſpirituales libri legendi, veſperis poſt meridiem cantari ſolitis, aliis denique piis actionibus eſt vacandum.

Q. *Cur feſta Sabaoth, Beatiſſimae Virginis, et Sanctorum ſunt indicta?*

R. Feſta Sabaoth ſunt indicta in memoriam myſteriorum, quae illis diebus celebrantur. Feſta porro Virginis Beatiſſimae, atque Sanctorum, in gratiarum actionem pro plurimis donis iisdem a Deo datis; in memoriam earum virtutum, quibus praeluxerunt, tum etiam ad excitandos nos ad imitationem earundem.

Q. *Quid a Chriſtiano Catholico, pro ratione intentionis Eccleſiae, diebus feſtis faciendum?*

R. Diebus feſtis a Chriſtiano Catholico.

1. Dona, quae naturae humanae generatim, et Sanctis ſpeciatim data, religioſe conſideranda, et

pro



pro iisdem Deo gratiae agendae ſunt.

2. Virtutes Sanctorum, ut exempla, ſpectandae, quas, ut imitetur, eſt neceſſe.

3. Per interceſſionem Sanctorum apud Deum in rebus afflictis, auxilium quaerendum.

Q. *Quid altero Eccleſiae praecepto prohibetur?*

R. Altero Eccleſiae praecepto prohibetur praecipue in rebus divinis, diebus dominicis et feſtis, pigritia, talis eſt:

1. Si non integrum Miſſae ſacrificium, aut non cum ea, qua par eſt, religione audiamus, aut etiam ad audiendos ſermones ſacros rarius accedamus.

2. Si horas, quibus ſacra Deo fiunt, edendo et bibendo, item luſu, aut etiam aliis oblectationibus, inſumimus, quae a cultu Dei avocant.

I. DE SACRIFICIO MISSAE.

a. Quid Sacrificium Missae, et quid in eo agitur.

Q. *Quid est Missa?*

R. Missa est incruentum novi testamenti sacrificium, perpetua commemoratio illius cruenti sacrificii, quod Jesus Christus in cruce consummavit. (e)

Q. *Cur Missa appellatur Sacrificium?*

R. Missa appellatur Sacrificium, quia in ea omnipotenti Deo corpus et sanguis Jesu Christi super altari offertur.

Q. *Cur*

---

e) *Concil. Trid. Sess. 22. Can. I. Deus et Dominus noster Jesus Christus in novissima coena, qua nocte tradebatur, corpus et sanguinem suum sub speciebus panis, et vini Deo Patri obtulit, ac sub earundem rerum Symbolis, Apostolis, quos tunc novi Testamenti Sacerdotes constituebat, ut sumerent, tradidit; et eisdem, eorumque in sacerdotio successoribus, ut offerrent, praecepit, per haec veeba: Hoc facite in meam commemorationem.*



Q. *Cur Miſſa appellatur Sacrificium incruentum?*

R. Miſſa appellatur Sacrificium incruentum, quia in ea ſanguis non profunditur, ut in cruce factum eſt.

Q. *Quis hoc Sacrificium inſtituit?*

R. Jeſus Chriſtus Sacrificium hoc inſtituit.

Q. *Quomodo Jeſus Chriſtus hoc Sacrificium inſtituit?*

R. 1. Jeſus Chriſtus accepit panem et calicem cum vino.

2. Benedixit utrumque, et dixit ſuper pane: Hoc eſt corpus meum, et ſuper calice: hic eſt calix ſanguinis mei.

3. Utrumque praeſentibus Apoſtolis dedit ſumendum.

4. Mandavit: hoc facite in meam commemorationem. (f)

Q. *Cur Jeſus Chriſtus Miſſae Sacrificium inſtituit?*

R. Jeſus Chriſtus Miſſae Sacrificium inſtituit.

1. Ut

---

f) *Matth.* XXVI -- *26* -- 27 -- *28*. *Marci XIV* -- 22-23-24. *Luc.* XXII-*19*-*20*.

1. Ut in Ecclesia sua verum et proprium Sacrificium ad finem usque orbis relinqueret.
2. Ut perpetuam memoriam illius cruenti in cruce Sacrificii in sua Ecclesia conservaret.
3. Ut nobis praecipuum signum sui infiniti amoris ostenderet. (g)

Q. *Quis offert in Ecclesia Catholica hoc Sacrificium?*

R. In Missa offert invisibiliter se ipsum Jesus Christus suo coelesti Patri pro nobis; visibiliter porro facit id Sacerdos.

Q. *Quod est discrimen inter Sacrificium Jesu Christi in cruce, et Sacrificium Missae?*

R. Sacrificium Missae est illud ipsum Sacrificium, quod Jesus Christus in cruce consummavit; discrimen tantum est in modo offerendi. In cruce siquidem profudit Jesus sanguinem proprium; in Sacrificio vero Missae nullus profunditur sanguis.

Q. *Quo-*

g) *Conc. Trid. Sess. 22. ubi haec omnia habentur.*



Q. *Quomodo Sacerdos perficit Missae Sacrificium?*

R. Sacerdos perficit Missae Sacrificium eadem faciendo, quae Jesus in novissima coena fecit.

1. Accipit panem, et calicem cum vino.
2. Benedicit utrumque, et dicit desuper ea ipsa verba Jesu Christi, quibus fit transsubstantiatio panis et vini in corpus et sanguinem Jesu Christi.
3. Manducat hoc corpus, et bibit sanguinem Jesu Christi ipse, et manducandum etiam sub specie panis fidelibus porrigit, quoties hi ad communionem accedunt.

Q. *Cur Sacerdos hoc Sacrificium perficit?*

R. Sacerdos hoc Sacrificium perficit:

1. Ut Dei supremum Dominium, et supremam potestatem in omnes res creatas profiteatur.
2. Ut Deo pro omnibus beneficiis gratias agat.
3. Ut a Deo remissionem peccatorum impetret.
4. Ut a Deo omnes eas gratias, quibus indigemus, exoret.

Q. *Cui*

Q. *Cui Sacrificium Missae offertur?*

R. Sacrificium Miſſae ſoli Deo tantum offertur.

Q. *Utrum etiam hoc Missae Sacrificium fit in honorem Sanctorum?*

R. Hoc Miſſae Sacrificium fit etiam in honorem Sanctorum; quo tamen tempore non offert illud ſacerdos Sanctis, verum ipſi Deo.

Q. *Cur Missae Sacrificium fit in honorem Sanctorum?*

R. Miſſae Sacrificium fit in honorem Sanctorum:

1. Ad gratias Deo agendas pro beneficiis, quae in electos ſuos contulit.
2. Ad invocandos Sanctos, ut ſuas apud Deum pro nobis preces noſtris jungant precibus.

Q. *Pro quibus hoc Missae Sacrificium offertur a Sacerdote?*

R. Hoc Miſſae Sacrificium offertur a ſacerdote pro vivis non ſecus ac defunctis.

b. QUOMODO AUDIENDUM MISSAE SACRIFICIUM.

Q. *Quomodo audiendum est Missae Sacrificium?*

R. Miſſae Sacrificium audiendum eſt integrum, nulla illius parte propria culpa intermiſſa. Non ſufficit adeſſe tantum cum illud perficitur, verum 1. attente. 2. Reverenter. 3. Religioſe audiendum.

Q. *Quid ſignificat: Attente Miſſae Sacrificium eſſe audiendum?*

R. Attente Miſſae Sacrificium audire, idem eſt ac nullam habere voluntariam diſtractionem, ad partes Miſſae animum advertere, mentem divinis rebus occupare.

Q. *Quid ſignificat: Reverenter Miſſae Sacrificium eſſe audiendum?*

Q. Reverenter Miſſae Sacrificium audire, idem eſt ac Sacrificio Miſſae decenti corporis habitu, et exemplari motu adeſſe; hinc

1. Dum Evangelium legitur, ſtandum, frons, os, et pectus cruce ſignanda. Deinde
2. Ad elevationem flectenda genua, quo tempore aeque ac ad communionem pectus tundendum.
3. Sub ipſum Miſſae Sacrificium curioſe non circumſpiciendum.

4. Et

4. Et alia omnia minus decora, ut confabulatio, rifus, et fimilia vitanda.

Q. *Quid fignificat: religiofe Miffae Sacrificium effe audiendum?*

R. Religiofe Miffae Sacrificium audire, idem eft ac fub ipfum Miffae Sacrificium, et praefertim, cum nobiliores ejus partes perficiuntur, ardenter, et modefte Deum orare, eidemque pro acceptis beneficiis gratias agere.

Q. *Quae funt nobiliores Miffae partes?*

R. Nobiliores Miffae partes funt: Evangelium, Offertorium, Elevatio, et Communio.

Q. *Quid ad Evangelium agendum?*

R. Ad Evangelium in memoriam revocandum eft officium noftrum, videlicet: ut Evangelii doctrinam veram agnofcamus, illam ubivis locorum profiteamur, et defendamus, nec non ad eam vitam noftram componamus.

Q. *Quid ad Offertorium agendum?*

R. Ad Offertorium intentio noftra Sacerdotis intentioni jungenda eft;

quo tempore se ipsum Deo offerat, quivis est necesse.

Q. *Quid ad Elevationem agendum?*

R. Ad Elevationem Jesus Christus sub specie panis et vini est adorandus, et cum pectus tunditur, fateamur necesse est nostra peccata mortis Christi causam fuisse. Actus contritionis eliciendus, fides, spes, et charitas excitanda.

Q. *Quid ad Communionem Sacerdotis agendum?*

R. Ad Communionem Sacerdotis, quoties ipsi re non accedimus, spiritualiter id faciamus, id est: excitemus in nobis desiderium corpore Jesu Christi pro dignitate fruendi.

2. DE SERMONE SACRO.

Q. *Quid praeterea rebus divinis adnumeratur?*

R. Adnumeratur praeterea rebus divinis auditio verbi Dei.

Q. *Cur Sermones sacri audiendi sunt?*

R. Sermones sacri audiendi sunt:

1. Quia Sermonibus sacris verbum Dei exponitur, et explicatur.

2. Quia pauci ſunt homines, qui doctrinae fidei claram et perfectam habent cognitionem; juventus ſiquidem non diu, et non cum ea, qua par eſt, attentione doctrinam hanc audivit, quae de fide, et moribus proponebatur.

Q. *Cur Sermones ſacri audiendi ſunt etiamſi optime religionis doctrinam memoria teneamus?*

R. Sermones ſacri audiendi ſunt, etiamſi optime religionis doctrinam memoria teneamus:

1. Quia facile id obliviſcimur, quod de religione didicimus.
2. Quia ſaepe id faciendum omittimus, quod noſtri eſt officii, niſi ſit, qui nos moneat, et adhortetur.

Q. *Quid agendum, ut fructum ex Sermonibus ſacris habeamus?*

R. Ut fructum ex ſermonibus ſacris habeamus, neceſſe eſt:

1. Ut absque evagatione mentis et attentiſſime audiamus.
2. Quod dicitur, id nobis dictum eſſe, non aliis, judicemus.



3. Firmiſſime ſtatuamus, fore; ut vitam doctrinae auditae conſentaneam vivamus.

3. DE DIVINIS POST MERIDIEM.

Q. *In quo conſiſtunt Divina poſt meridiem?*

R. Divina poſt meridiem conſiſtunt in veſperis, et aliis pro varietate locorum, piis actionibus, ut ſunt: Sermones ſacri, doctrina chriſtiana, roſarium, litaniae, et benedictio.

Q. *Quid eſt Roſarium?*

R. Roſarium eſt certus in Eccleſiam Catholicam introductus orandi modus, compoſitus ex Symbolo fidei, certo orationis dominicae, et ſalutationis angelicae numero.

Q. *Cur in Eccleſiam catholicam introductum Roſarium?*

Q. Roſarium in Eccleſiam Catholicam introductum ad frequentem memoriam Myſterii Incarnationis, Paſſionis, et Reſurrectionis Jeſu Chriſti, quae myſteria in Symbolo Fidei continentur, et horum etiam frequens fit mentio. Roſarium item ad colendam Virginem Beatiſſimam introductum.

§. 2. DE TRIBUS RELIQUIS ECCLESIAE PRAECEPTIS.

C. Tertium Ecclesiae Praeceptum: Indicta jejunia servabis, ut quadraginta dierum jejunium, quatuor temporum, et alia indicta. Etiam VI. Feria et Sabbatho ab esu carnium abstinebis. (h)

Q. *Quid tertio Ecclesiae Praecepto praecipitur?*

R. Tertio Ecclesiae Praecepto praecipitur, ut sexta Feria et die Sabbathi ab esu carnium, et aliis indictis jejuniorum diebus ab omnis generis lacte, et ovis conditis cibis abstineamus; nisi stabilis, et generalis quaedam consuetudo (ut fere per totam Germaniam obtinet) esum horum ciborum permittat.

Q. *Utrum huic tertio praecepto satisfit, si tantum ab his jejuniorum tempore vetitis cibis abstineamus?*

R. Ut huic tertio praecepto satisfiat indictis jejuniis minuenda est cibi

eti-

---

h) *Concil. Trid. Sess.* 25.



etiam quantitas, quod ſit, ſemel diebus illis ad ſaturitatem manducando.

Q. *Utrum quilibet obligatur ad abſtinentiam a carnibus Feria VI. et Sabbatho, itemque aliis indictis jejuniis?*

R. Quilibet, qui legitimam non habet permiſſionem carnes comedendi, obligatur ad abſtinentiam a carnibus Feria VI. et Sabbatho, itemque aliis indictis jejuniis.

Q. *Qui non obligatur indictis jejuniorum diebus ad quantitatem ciborum ſervandam?*

R. Omnes illi, qui viceſimum primum aetatis annum nondum compleverunt; item omnes illi, qui absque notabili valetudinis jactura id facere nequeunt, ad quantitatem ciborum ſervandam indictis jejuniorum diebus non obligantur.

Q. *Tenetur ne is, cui permiſſum eſt carnibus veſci, ad quantitatem indictis jejuniorum diebus ſervandam?*

R. Is, cui permiſſum eſt carnibus veſci, tenetur indictis jejuniorum diebus ad quantitatem ſervandam; diſcrimen ſiquidem eſt inter facultatem

car-

carnibus vescendi, et quantitatis non servandae.

Q. *Quibus, pro intentione Ecclesiae, indictis jejuniorum diebus abstinendum?*

R. Pro intentione Ecclesiae indictis jejuniorum diebus abstinendum clamosis oblectationibus; jejuniorum siquidem dies, sunt dies poenitentiae.

D. Quartum Ecclesiae Praeceptum:

Peccata tua Sacerdoti designato quovis anno semel saltem confiteberis; Paschali porro tempore sacrosanctam sumes Eucharistiam.

Q. *Quid quarto Ecclesiae Praecepto praecipitur?*

R. Quarto Ecclesiae Praecepto praecipitur annua Confessio aeque ac Communio Paschalis.

E. Quintum Ecclesiae Praeceptum: Vetitis diebus Nuptias non celebrabis.

Q. *Quid quinto Ecclesiae Praecepto prohibetur?*

R. Quinto Ecclesiae Praecepto a Dominica prima Adventus usque ad Epiphaniam; item a feria IV Cinerum


usque



usque ad Dominicam primam poſt Paſcha Nuptiae celebrandae prohibentur.

Q. *Cur his diebus Nuptiae celebrandae prohibentur?*

R. Nuptiae celebrandae his diebus prohibentur, ut hos dies religioſe inter opera poenitentiae tranſigamus, ſimulque myſteria, quae ab Eccleſia iis diebus proponuntur, abſque evagatione mentis conſideremus, a quibus nos invectae plerumque nuptiales pompae, et oblectationes avocant.



CAPUT IV.

DE SACRAMENTIS.

I. SECTIO

DE SACRAMENTIS GENERATIM.

Q. *Quid eſt Sacramentum?*

R. Sacramentum eſt ſignum viſibile gratiae inviſibilis; in quovis etenim Sacramento aliquid proponitur, quod ſub oculos cadit, aut ſenſu alio perci-

cipi-

cipitur: ita e. g. in Sacramento baptiſmi aqua ſub oculos cadit.

Q. *Cur Sacramenta appellantur ſigna?*

R. Sacramenta appellantur ſigna, quia illa ex inſtitutione Chriſti per res exteriores interiorem ſanctificationem, quam operantur, ſignificant.

Q. *Quomodo per Sacramenta ſanctificamur?*

R. Per Sacramenta ſanctificamur, cum illorum alia ordinatim gratiam nobis ſanctificantem, et juſtificationem conferunt, alia porro eandem gratiam in nobis augent.

Q. *Per quae Sacramenta ordinatim nobis ſanctificans gratia, et juſtificatio confertur?*

R. Gratia ſanctificans, et juſtificatio nobis ordinatim per Sacramentum baptiſmi, et poenitentiae confertur.

Q. *Quomodo Sacramentum Baptiſmi, et Poenitentiae, ex eo, quod per illa nobis gratia ſanctificans, et juſtificatio ordinatim conferatur, nominantur?*

R. Ex eo, qnod nobis Sacramentum Baptiſmi, et Poenitentiae gratiam ſanctificantem, et juſtificationem ordinatim

natim conferant, haec Sacramenta mortuorum nominantur; excitant siquidem peccatorem, qui spiritualiter mortuus est, ad vitam aeternam.

Q. *Quomodo appellantur illa Sacramenta, per quae gratia sanctificans in nobis augetur?*

R. Sacramenta, per quae in nobis gratia sanctificans augetur, appellantur Sacramenta vivorum.

Q. *Cur haec Sacramenta, vivorum Sacramenta appellantur?*

R. Appellantur Sacramenta vivorum, quia illi, qui ista suscipiunt, gratiam sanctificantem, in qua spiritualis animae vita consistit, jam possidere judicantur.

Q. *Quae sunt Sacramenta vivorum?*

R. Sacramenta vivorum sunt: Confirmatio, Eucharistia, Extrema Unctio, Ordo, et Matrimonium.

Q. *Quae praeterea de Sacramentis notanda?*

R. Notanda de Sacramentis praeterea:

1. Quodlibet Sacramentum singularem conferre gratiam.
2. Sacramentum Baptismi, Confirmationis, et Ordinis indelebilem

cha-

characterem imprimere animae; ob hunc characterem Chriſtiano Sacramenta haec ſemel ſuſcepta legitime, et absque lethali culpa iterare vetitum eſt. (a)

Q. *Unde Sacramenta ſuam virtutem habent?*

R. Sacramenta ſuam virtutem habent a ſuo Auctore Jeſu Chriſto.

Q. *Quot ſunt Sacramenta, et quomodo appellantur?*

R. Sacramenta ſunt ſeptem: (b) Haec appellantur:

1. Baptiſmus, 2. Confirmatio, 3. Euchariſtia, 4. Poenitentia, 5. Extrema Unctio, 6. Ordo, 7. Matrimonium. (b)

II. SE-

---

a) *Concil. Trid. Seſſ. VII. Can. 9. de Sacramentis in genere. Si quis dixerit: in tribus Sacramentis, Baptiſmo, ſcilicet Confirmatione, et Ordine non imprimi Characterem in anima, hoc eſt ſignum, quoddam ſpirituale, et indelebile, unde ea iterari poſſunt; anathema ſit.*

b) *Concil. Trid. Seſſ. VII. C. 1. de Sacramentis in genere. Si quis dixerit: Sacramen-*



II. Sectio.

De Sacramentis speciatim.

§. 1. De Sacramento Baptismi.

Q. *Quid est Baptismus?*

R. Baptismus est primum et maxime necessarium Sacramentum, ope cujus homo per aquam et verbum Dei ab originali peccato, et omnibus actualibus peccatis, si quae ante Baptismum patravit, liberatur, et in Christo velut nova res creata, ad vitam aeternam renascitut, et sanctificatur.

Q. *Cur Baptismus appellatur primum Sacramentum?*

R. Ba-

---

cramenta novae legis non fuisse omnia a Jesu Christó Domino nostro instituta, aut esse plura vel pauciora, quam septem, videlicet Baptismum, Confirmationem, Eucharistiam, Poenitentiam, extremam Unctionem, Ordinem, et Matrimonium; aut etiam aliquod horum septem non esse vere, et proprie Sacramentum: anathema sit.

R. Baptiſmus appellatur primum Sacramentum, quia baptiſari oportet prius, quam aliud Sacramentum ſuſcipiatur.

Q. *Cur Baptiſmus appellatur Sacramentum maxime neceſſarium?*

R. Baptiſmus appellatur maxime neceſſarium Sacramentum ideo, quia ſine Baptiſmo (c) nullus, nec quidem infans ſalvatur.

Q. *Quid operatur Sacramentum Baptiſmi?*

R. Sacramentum Baptiſmi operatur:

1. Veniam peccati originalis, et aliorum ante Baptiſmum patratorum, (d) item remiſſionem aeternae aeque ac temporalis poenae.
2. In Baptiſmo gratia divina confertur animae noſtrae, per quam juſti-

---

c) *Reſpondit Jeſus: Amen, amen dico tibi, niſi quis renatus fuerit ex aqua, et Spiritu ſancto, non poteſt introire in regnum Dei. Ioan. III -- 5.*

d) *Non ex operibus juſtitiae, quae fecimus nos, ſecundum ſuam miſericordiam ſalvos nos fecit, per lavacrum regenerationis, et renovationis Spiritus ſancti. Tit. III -- 5.* Qui



justificamur, (e) filii Dei, et haeredes regni aeterni efficimur. (f)

3. Illi, qui baptisantur intrant Ecclesiam, et sunt ejus membra. (g)

4. Animae indelebilis character imprimitur; hinc etiam Baptismus semel tantum non iterum legitime, et absque lethali culpa suscipitur. (h)

Q. Quo-

Qui crediderit, et baptisatus fuerit, salvus erit, qui vero non crediderit, condemnabitur. Marc. XVI -- 16.

e) *Sed abluti estis, sed sanctificati estis, sed justificati estis in nomine Domini Jesu Christi, et in Spiritu Dei nostri. 1 Cor. VI -- 11.*

f) *Deus nos - per lavacrum regenerationis - salvos fecit -- ut justificati gratia ipsius haeredes simus secundum spem vitae aeternae. Tit. III -- 7.*

g) *In uno spiritu omnes nos in unum corpus baptisati sumus, sive judaei, sive gentiles, sive servi, sive liberi. 1 Cor. XII -- 13.*

h) *Conc. Trid. Sess. VII. Can. 9. De Sacramentis in genere.*

Q. *Quomodo adulti ſalvari poſſunt, ſi illis occaſio Sacramentum hoc Baptiſmi re ipſa ſuſcipiendi non adſit?*

R. Adulti, quibus non adeſt occaſio Sacramentum hoc Baptiſmi re ipſa ſuſcipiendi, poſſunt ſalvari:

1. Per Flaminis Baptiſmum.
2. Per Sanguinis Baptiſmum.

Q. *In quo conſiſtit Flaminis Baptiſmus?*

R. Baptiſmus Flaminis conſiſtit in ardenti deſiderio Sacramentum Baptiſmi (modo occaſio detur) ſuſcipiendi; neceſſario praeterea amor Dei et verus dolor commiſſorum peccatorum excitandus eſt.

Q. *In quo conſiſtit Sanguinis Baptiſmus?*

R. Baptiſmus Sanguinis conſiſtit in eo, ſi non baptiſatus, qui Sacramentum Baptiſmi ſuſcipere cupit, non tamen poteſt, ſanguinem proprium et vitam pro Deo, et fide tradat.

Q. *Quis poteſt baptiſare?*

R. In caſu neceſſitatis quivis baptiſare poteſt, extra hunc ipſe tantum Epiſcopus, et Parochus habent jus baptiſandi; permittentibus tamen his, etiam alii Sacerdotes, et Diaconi baptiſare poſſunt.



Q. *Quod eſt Officium Baptiſantis?*

R. Officium Baptiſantis eſt:

1. Ut habeat intentionem, ita, prout inſtituit Jeſus Chriſtus, baptiſandi.
2. Ut eam perſonam, quam baptiſat, naturali aqua abluat.
3. Ut fundendo aquam ſimul verba haec proferat: Ego te baptiſo in nomine Patris, et Filii, et Spiritus ſancti.

Q. *Quid faciendum adulto, qui Baptiſmum ſuſcipere intendit?*

R. Adultus, qui Baptiſmum ſuſcipere intendit. neceſſe eſt:

1. Ut ſciat neceſſarios Articulos Fidei, atque credat. (i)
2. Cupiat fieri membrum Eccleſiae.
3. De peccatis doleat. (k)

4. Ha-

i) *Jeſus dicit diſcipulis ſuis: Euntes docete omnes gentes, baptiſantes eos in nomine Patris, et Filii, et Spiritus ſancti. Matth. XXVIII -- 19.*

k) *Petrus inquit ad illos: poenitentiam agite, et baptiſetur unusquisque ve-*

ſtrum

4. Habeat propoſitum, et ſerio promittat ſe ad finem vitae Chriſtiano more victurum. (l)

Q. *Quis id promittit nomine infantum, qui iſtud facere nequeunt.*

R. Nomine infantum, promittunt patrini, qui eos de ſacro fonte levant, omnia illa adimplenda, ad quae illi vi baptiſmi obligantur.

Q. *Obligamur ne etiam ad ſervanda promiſſa a Patrinis facta?*

R. Obligamur etiam ad ſervanda promiſſa a Patrinis facta; competit quoque renovare ſaepius haec in baptiſmo promiſſa. L 2 Q.

ſtrum in nomine Chriſti Jeſu, in remiſſionem peccatorum veſtrorum, et accipietis donum Spiritus ſancti. Act. Ap. II -- 38.

l) *An ignoratis, quia quicunque baptiſati ſumus in Chriſto Jeſu, in morte ipſius baptiſati ſumus? conſepulti enim ſumus cum illo per Baptiſmum in mortem: ut quomodo Chriſtus ſurrexit a mortuis per gloriam Patris, ita et nos in novitate vitae ambulemus. Rom. VI -- 3 -- 4.*

Q. *Quomodo promiſſa in Baptiſmo renovantur?*

R. Promiſſa in Baptiſmo ita renovantur: Credo in Deum Patrem, Filium, et Spiritum ſanctum. Credo in Jeſum Chriſtum Filium Dei unigenitum, Deum pariter ac hominem, qui genus humanum ſua paſſione, et morte redemit. Omnia credo, quae Deus revelavit, quae Jeſus, et ejus Apoſtoli docuerunt, et quae Catholica Eccleſia (cujus membrum eſſe et mori cupio) credenda proponit. Renuntio ex toto corde diabolo; ejus ſuperbiae, et omnibus illius operibus. Renuntio etiam omnibus peccatis, pompae, et omnibus falſis doctrinis hujus ſeculi. Propono vitam chriſtianam. Mea propoſita Deus confirmet ſua potenti gratia. Amen.

Q. *Quando competit haec in Baptiſmo promiſſa renovare?*

R. Haec in Baptiſmo promiſſa renovare competit:

1. Quamprimum ad uſum rationis ventum eſt.
2. Ante Sacramentum Confirmationis.

3. Die

3. Die natali.
4. Saepius in vita, praeſertim ante Confeſſionem et Communionem.

Q. *Quod eſt officium Patrinorum?*

R. Officium Patrinorum eſt: ut eos, quos de ſacro fonte levarunt, parentibus defunctis, aut ſi illi ſui officii immemores eſſent, in fidei doctrina erudiant. Ceterum Patrinis, cum his, quos de ſacro fonte levarunt, et cum eorum parentibus matrimonia contrahere vetitum. Matrimonium ſiquidem ejusmodi, ratione affinitatis ſpiritualis, quam Eccleſia inter has perſonas ſtatuit, invalidum eſt.

§ 2 De Sacramento Confirmationis.

Q. *Quid eſt Confirmatio?*

R. Confirmatio eſt Sacramentum, quo baptiſatus homo per ſacrum Chriſma, et verbum Dei a Spiritu ſancto confirmatur in gratia, ut fidem ſuam conſtanter profiteatur, et ad fidei praecepta vitam ſuam componat.

Q. *Quid operatur Confirmatio?*

R. Confirmatio auget gratiam ſanctifi-



cantem, (a) et ſingularem confert ita, ut baptiſatus homo conſtanter ſuam fidem profiteatur, fideique conformem vitam ducat. Haec indelebilem animae characterem imprimit; proinde ſemel confirmato iterum confirmari non licet.

Q. *Eſt ne omnino ad ſalutem obtinendam neceſſaria Confirmatio?*

R. Confirmatio non eſt omnino ad ſalutem obtinendam neceſſaria; ceterum ob illa, quae operatur, non intermittenda, ſi occaſio Confirmationis ſuſcipiendae adſit.

Q. *Quis confert Sacramentum Confirmationis?*

R. Ordinatim Sacramentum Confirmationis conferunt ipſi Epiſcopi.

Q. *Quid facto eſt opus, ut hoc Sacramentum Confirmationis digne ſuſcipiatur?*

R. Ut

---

a) *Qui autem confirmat nos vobiscum in Chriſto, et qui unxit nos Deus, qui et ſignavit nos, et dedit pignus ſpiritus in cordibus noſtris.* 2. Cor. I -- 21 -- 22.

R. Ut hoc Sacramentum Confirmationis digne ſuſcipiatur, opus eſt, ut adulti praecipue in fide, et in his, quae ad hoc Sacramentum referuntur, bene inſtructi, tum etiam in ſtatu gratiae ſint conſtituti; item per orationem, et alias ſanctas actiones praeparati.

Q. *Sunt ne etiam ad hoc Sacramentum Confirmationis Patrini neceſſarii?*

R. Etiam ad hoc Sacramentum Confirmationis Patrini ſunt neceſſarii; ceterum inde nulla ejusmodi oritur affinitas, quae matrimonium contrahendum (quemadmodum fit in Baptiſmo) impediat.

§. 3. De Sanctissimo Eucharistiae Sacramento.

Q. *Quid eſt Euchariſtia?*

R. Euchariſtia eſt Sacramentum ſanctiſſimum, eſt verum corpus, et ſanguis verus Domini noſtri Jeſu Chriſti ſub ſpecie panis, et vini. (a) Q.

a) *Coenantibus autem eis, accepit Jeſus panem et benedixit, ac fregit; dedit-* que



Q. *Cur hoc Sacramentum appellatur ſanctiſſimum?*

R. Sacramentum hoc appellatur ſanctiſſimum, quia non ſolum, quemadmodum reliqua Sacramenta hominem ſanctificat, verum etiam Jeſum Chriſtum omnis Sanctitatis auctorem continet. (b)

Q. *Cur Euchariſtia Sacramentum Altaris nominatur?*

R. Euchariſtia Sacramentum Altaris ideo nominatur, quia in Altari fit tranſſubſtantiatio, per quam Jeſus Chriſtus fit praeſens. (c)

Q. *Quo-*

---

que diſcipulis ſuis, et ajit: accipite et comedite: hoc eſt corpus meum. Et accipiens calicem gratias egit: et dedit illis dicens: bibite ex hoc omnes. Hic eſt enim ſanguis meus, novi teſtamenti, qui pro multis effundetur in remiſſionem peccatorum. Mat. XXVI-26 -- 27 -- 28.

b) *Conc. Trid. Seſſ. XIII. Can. I.*

c) *Habemus altare, de quo edere non habent poteſtatem, qui tabernaculo deſerviunt. Hebr. XIII -- 10.*

Q. Quomodo fit Transſubſtantiatio?

R. Tranſſubſtantiatio fit, cum ſacerdos ſub ſacrificio Miſſae ſuper pane haec verba Chriſti: Hoc eſt corpus meum; et ſuper vino: itidem verba Chriſti: Hic eſt calix ſanguinis mei, profert.

Q. Quomodo? et quid operantur haec a ſacerdote prolata verba?

R. Haec a Sacerdote prolata verba pro ratione omnipotentis voluntatis Chriſti operantur id, ut panis, non amplius panis, ſed corpus: vinum, non non amplius vinum, ſed ſanguis Jeſu Chriſti ſit; manent tamen ſpecies panis, et vini integrae.

Q. Quid intelligis per ſpecies panis, et vini?

R. Per ſpecies panis et vini intelligo id, quod in Sacramento Euchariſtiae extriuſecus ſub ſenſus cadit, videlicet: imaginem, colorem, ſaporem, et odorem panis atque vini, quae omnia manent integra, quamvis ſub his ſpeciebus non amplius panis et vinum, ſed verum corpus et ſanguis Jeſu Chriſti praeſens ſit.

Q. Quomodo Corpus et Sanguis Jeſu

Chri-



Christi in Sacramento Eucharistiae est praesens?

R. 1. Sub speciebus Panis, est vivum corpus Jesu Christi, proinde etiam ejus sanguis et anima praesens.

2. Sub speciebus Vini, non solum sanguis, sed etiam corpus Jesu Christi: est sub quavis specie, et sub quavis etiam minima particula ejusdem, totus, ut Deus, et homo praesens.

Q. *Quid inde colligitur?*

R. Inde colligitur:

1. Jesum Christum in sanctissimo Eucharistiae Sacramento adorandum esse.
2. Eum, qui hoc sanctissimum Eucharistiae Sacramentum sub una etiam specie, aut tantum sub particula hostiae sumit, Iesum Christum totum, id est: aeque corpus ejus, ac ejusdem Sanguinem sumere.
3. Christum Iesum tamdiu sub speciebus praesentem esse, quamdiu species illae integrae sunt, et non vitiatae.

Q. *Quo tempore? et cur hoc Eucharistiae Sacramentum Iesus Christus instituit?*

R. Iesus Christus hoc Euchariſtiae Sacramentum in noviſſima coena inſtituit, dum agnum paschalem cum ſuis diſcipulis manducaret:

1. In memoriam ſuae paſſionis, et mortis. (d)
2. Ut animas fidelium ad vitam aeternam aleret. (e)

Q. Obligamur ne ad ſumendum hoc Eucbariſtiae Sacramentum?

R. Obligamur ad ſumendum hoc Euchariſtiae Sacramentum: quia id faciendum Jeſus Chriſtus clare praecepit,

---

d) *Hoc facite in meam commemorationem. Luc. XXII-19. Quotiescunque manducabitis panem hunc, et calicem bibetis, mortem Domini annuntiabitis, donec veniat. 1. Cor. XI -- 26.*

e) *Dixit Jeſus: Amen, amen dico vobis, niſi manducaveritis carnem Filii hominis, et biberitis ejus ſanguinem, non habebitis vitam in vobis. Qui manducat meam carnem, et bibit meum ſanguinem, habet vitam aeternam, et ego reſuſcitabo eum in noviſſimo die. Ioan. VI -- 54 -- 55.*

cepit, et inſtituit, ut nos ad vitam aeternam aleret.

Q. *Quo tempore obligamur ad ſumendam Euchariſtiam?*

R. Ex praecepto Eccleſiae ſub lethali culpa ſemel ſaltem in anno tempore paſchali obligamur ad ſumendam Euchariſtiam.

Q. *Obligamur ne etiam aliis temporibus ad ſumendam Euchariſtiam?*

R. Obligamur etiam ad ſumendam Euchariſtiam in periculo mortis; viaticum ſiquidem eſt ad vitam aeternam. Eccleſia praeterea deſiderat, ut fideles ſaepius per annum ad ſumendam Euchariſtiam accedant; illa quippe eſt cibus, et ſpirituale animae nutrimentum.

Q. *Quo aetatis anno liberi ad hoc Euchariſtiae Sacramentum ſumendum accedere obligantur?*

R. Nemo melius tempus illud, quo liberi ad ſumendum hoc Euchariſtiae Sacramentum accedere debeant, definire poteſt, quam parentes ipſi, et confeſſarii; hi enim optimum ſuper ea re ferre judicium valent, et in-

daga-

dagare, utrum pueri neceſſaria ſcientia imbuti jam, et parati ſint.

Q. *Quas gratias confert dignus Sacramenti Euchariſtiae uſus?*

R. Dignus Sacramenti Euchariſtiae uſus has confert gratias, videlicet:

1. Non tantum gratia ſanctificans in nobis manet, ſed etiam augetur.
2. Hi, qui illud digne ſumunt, Chriſto junguntur. (f)
3. A peccatis venialibus per illud liberamur.
4. Anima noſtra a futuris malis defenditur.
5. Pravae cupiditates minuuntur in nobis, et ſuffocantur.
6. Illud nobis aperit januam ad vitam aeternam.

Q. *Quis Euchariſtiae Sacramentum fidelibus diſpenſat?*

R. Sacerdotes diſpenſant hoc Euchariſtiae Sacramentum; illi ſunt ordinarii ejusdem diſpenſatores. (g)

a. De

---

f) *Qui manducat meam carnem, et bibit meum ſanguinem, in me manet, et ego in illo. Ioan. VI -- 38.* g)

a. De Praeparatione ad digne ſumendum Eucharistiae Sacramentum.

Q. *Quid facto eſt opus, ut digne hoc Euchariſtiae Sacramentum ſuſcipiamus?*

R. Ut hoc Euchariſtiae Sacramentum digne ſuſcipiamus, opus eſt, ut nos ad id recte, et bene praeparemus. (h)

Q. *Quotuplex eſt praeparatio ad digne ſuſcipiendum Euchariſtiae Sacramentum neceſſaria?*

R. Praeparatio ad digne ſuſcipiendum Euchariſtiae Sacramentum neceſſaria duplex eſt: alia videlicet animae, corporis alia.

Q. *In quo conſiſtit Praeparatio animae?*

R. Praeparatio animae in puritate conſcientiae, et cordis religione conſiſtit.

Q. *Quid eſt conſcientiam habere puram?*

R. Conſcientiam habere puram idem eſt, ac omni ſaltem graviore vacare cul-

g) *Praecepit illis Jeſus: hoc facite in meam commemorationem. Luc. XXII-19.*

h) *Probet autem ſe ipſum homo; et ſic de pane illo edat, et de calice bibat. 1. Cor. XI-- 28.*

culpa, ſimul gratiae ſanctificantis participem eſſe.

Q. *Eſt ne grande piaculum, ſi ad Eucharistiam ſumendam accedas, quamvis graviore culpa non vaces?*

R. Quicunqe ſciens ſe graviore teneri culpa, ad ſumendum tamen Euchariſtiae Sacramentum accedit, is iterum novum priore gravius committit ſcelus: judicium ſibi, et damnationem manducat; fit corporis, et ſanguinis Jeſu Chriſti reus. (i)

Q. *Quid faciet is, qui ad ſumendum Euchariſtiae Sacramentum acceſſurus recordatur ſe graviore teneri culpa?*

R. Is, qui ſe videt graviore teneri culpa, neceſſe eſt, ut contrito corde ad Sacramentum Poenitentiae accedat, et tunc demum venia peccatorum abſolu-

---

i) *Quicunque manducaverit panem hunc, vel biberit calicem Domini indigne, reus erit corporis, et ſanguinis Domini. Qui enim manducat et bibit indigne, judicium ſibi manducat et bibit, non dijudicans corpus Domini. 1. Cor. XI. 27 -- 29.*

ſolutionis ſacerdotalis ope obtenta, ſanctiſſimam ſumat Euchariſtiam.

Q. *In quo conſiſtit Religio cordis?*

R. Cordis religio conſiſtit:

1. In exercitio Fidei, Spei, et Charitatis.
2. In adoratione ſanctiſſimi Euchariſtiae Sacramenti.
3. In pia recordatione mortis Jeſu Chriſti, in cujus memoriam hoc Sacramentum inſtitutum, et ſumendum praeceptum eſt.
4. In modeſtia, et exercitio aliarum virtutum Chriſtianarum, praeſertim dilectionis proximi.

Q. *Quae inſuper neceſſaria eſt praeparatio ad digne ſuſcipiendum hoc Euchariſtiae Sacramentum?*

R. Pridie ejus diei, qua ſumendum eſt hoc Euchariſtiae Sacramentum, orationi aliquid, aliquid meditationi, et librorum ſpiritualium lectioni dandum, a voluptatibus quoque non prohibitis eſt abſtinendum.

Q. *Quomodo praeparandum eſt corpus ad Sacramentum Euchariſtiae digne ſuſcipiendum?*

R. Ad digne ſuſcipiendum hoc Euchariſtiae Sacramentum, excepto morbo perículoſo:

1. A duodecima praecedentis noctis hora cibo et potu abſtinendum.
2. Corpus veſtibus cultioribus ornandum, et cum maxima veneratione ad menſam Domini veniendum.

b. De eo, quod ante ipſam

Communionem agendum superest.

Q. *Quid agendum, cum ante Communionem confiteor dicitur?*

R. Cum ante Communionem confiteor dicitur, elicienda eſt iterum contritio de peccatis.

Q. *Quid faciendum eo tempore, quo Sacerdos ſanctiſſimam populo Hoſtiam praebet videndam?*

R. Eo tempore, quo Sacerdos ſanctiſſimam Hoſtiam praebet populo videndam, modeſte eſt illa adoranda, pectus tundendum, et orandum: Domine! non ſum dignus, ut intres ſub

tectum meum, ſed tantum dic verbum, et ſanabitur anima mea.

Q. *Jamjam ſumturo ſanctiſſimam Hoſtiam, quid agendum?*

R. Sumturus ſanctiſſimam Hoſtiam aperiat os verecunde, linguam protrahat, eamque labris inferioribus applicet, tobale, ſi adſit, ori ſupponat, ſanctiſſimam Hoſtiam ſumat, dentibus tamen illam non comminuat, neve illam diu ore clauſam teneat, eſt neceſſe.

Q. *Quid agendum, ſi quando poſt Communionem vinum bibendum datur?*

R. Si quando poſt Communionem vinum bibendum datur, ſumatur modicum; credere tamen, illud verum eſſe ſanguinem Jeſu Chriſti, aut omnino ſumi debere, vetitum eſt.

Q. *Cur poſt Communionem vinum bibendum datur?*

R. Poſt Communionem vinum bibendum datur, ut ſanctiſſima Hoſtia ſumatur facilius, neve ad palatum diutius adhaereſcat; ſi tamen id fiat, lingua ſolvenda eſt; digitis quippe idem facere non licet.

c. De

c. De eo, quod post Communionem agendum restat.

Q. *Quid post Communionem agendum?*
R. Post Communionem:

1. Jesu Christo gratiae agendae pro infinita bonitate, quam ostendit nobis, cum dignatus sit ad nos descendere.
2. Modeste adorandus Christus Dominus.
3. Se ipsum eidem offerat homo est necesse.
4. Orandus, ut sua gratia perpetim nobiscum maneat.
5. Fides, Spes, Charitas excitanda, optima quaeque proposita renovanda.
6. Eidem omnes angustiae, inopiaque animae, et corporis nostri aperiendae.

Q. *Quid agendum die illo, quo sanctissimum Eucharistiae Sacramentum sumimus?*
R. Die illo, quo sanctissimum Eucharistiae Sacramentum sumimus:

1. Vitandum est otium, domi tem-

pus ſanctis actionibus collocandum, libri ſpirituales legendi, in collectione ſpiritus tranſigenda dies integra.

2. Eccleſia viſitanda, et ſingulari fervore orandum.

3. A ſtrepitu hujus ſeculi, quantum licet, recedendum.

§. 4. DE SACRAMENTO POENITENTIAE.

Q. *Quid eſt Poenitentia?*

R. Poenitentia eſt Sacramentum, in quo Sacerdos ad id deſtinatus vice Dei peccatori poſt Baptiſmum commiſſa peccata remittit, quoties ille ſua delicta contrito corde, et perfecte confitetur, facitque firmum propoſitum vitam emendandi, ſinceramque poenitentiam agendi. (a)

Q.

---

a) *Haec cum dixiſſet, inſufflavit, et dixit eis: accipite Spiritum ſanctum; quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis, et quorum retinueritis, retenta ſunt.* Ioan. XX -- 22 -- 23,

Q. *Quis eſt deſtinatus Sacerdos?*

R. Deſtinatus Sacerdos eſt ille, qui a proprio Epiſcopo ad excipiendas confeſſiones eſt deſignatus.

Q. *Omnia ne peccata, quae quis poſt Baptiſmum committit, per Sacramentum Poenitentiae remittuntur?*

R. Omnia peccata, ſint licet graviſſima, per Sacramentum Poenitentiae remittuntur. (b)

Q. *Eſt ne hoc Sacramentum Poenitentiae omnibus neceſſarium?*

R. Hoc Sacramentum Poenitentiae eſt omnibus neceſſarium, qui poſt Baptiſmum gravius aliquod peccatum commiſerunt. (c)

Q. *Quid aſſequimur per Sacramentum Poenitentiae?*

---

b) *Omne peccatum, et blaſphemia remittetur hominibus. Math. XII -- 31.*

c) *Si confiteamur peccata noſtra, fidelis eſt, et juſtus, ut remittat nobis peccata noſtra, et emundet nos ab omni iniquitate. 1 Ioan. I -- 9. Quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis, et quorum retinueritis, retenta ſunt. Ioan. XX -- 23.*



R. Per Sacramentum Poenitentiae assequimur 1. Remissionem peccatorum. 2. Remissionem poenae aeternae. 3. Gratiam Dei. 4. Quietem conscientiae.

Q. *Quis est ille, qui sinceram agit Poenitentiam?*

R. Ille sinceram agit Poenitentiam, qui ad Deum revertitur, a quo per peccatum recessit, (d) sua peccata odio prosequitur, dolorem continenter elicit, ea confitetur, et pro suis delictis luit.

Q. *Quid ad Sacramentum Poenitentiae requiritur?*

R. Ad Sacramentum Poenitentiae requiruntur partes quinque.

Q. *Quae sunt illae quinque partes?*

R. Illae quinque partes sunt: 1 Examen conscientiae. 2 Dolor de peccatis. 3 Fir-

---

d) *Convertimini filii revertentes, et sanabo aversiones vestras. Ecce nos venimus ad te, tu enim es Dominus Deus noster. Jerem. III -- 22. verum tamen scito iniquitatem tuam, quia in Dominum Deum tuum praevaricata es. Ioan. III -- 13.*

Firmum propositum. 4 Confessio. 5 Satisfactio.

a. DE EXAMINE CONSCIENTIAE.

Q, *Quid est conscientiam examinare?*

R. Conscientiam examinare est in memoriam revocare ea, quae ab ultima confessione, aut ab eo tempore, quo coepimus nosse peccatum, commisimus delicta.

Q. *Quid tempore examinis conscientiae agendum?*

R. Tempore examinis conscientiae ante omnia invocandus est Spiritus sanctus, ut ille nos illuminet, instruatque, quid, aut quomodo peccaverimus, (e) deinde cogitandum

GENERATIM:

Utrum cogitatione et concupiscentia, utrum

---

e) *Quoniam tu illuminas lucernam meam Domine: Deus meus illumina tenebras meas. Psal. XVII -- 29. Accedite ad eum, et illuminamini: et facies vestrae non confundentur. Psal. XXXIII -- 6.*



utrum verbis, aut etiam plane opere peccaverimus. Tempore examinis meminisse quoque oportet speciei et numeri, si gravius delictum est, aeque ac circumstantiarum, quae peccati augent, aut etiam minuunt malitiam.

SPECIATIM:

1. Utrum contra decem Dei praecepta, aut contra quinque praecepta Ecclesiae deliquerimus.
2. Utrum unius, aut plurium propriorum delictorum rei; utrum etiam alieni peccati participes facti fuerimus.
3. Utrum opera misericordiae proximo exhibenda, aut etiam alia, ad quae obstringebamur, neglexerimus.
4. Utrum officii nostri partes impleverimus omnes, aut praetermiserimus.

Q. *Qnid in examine cogitationum et desideriorum servandum?*

R. In examine cogitationum et desideriorum considerandum est, utrum volun-

voluntaria fuerit oblectatio: tum concupiſcentiis utrum adſenſum praebuerimus, quamvis opere non ſit peccatum.

Q. *Quomodo in examine conſcientiae numeri graviorum delictorum reminiſcemur?*

R. In examine conſcientiae numeri graviorum delictorum reminiſcemur, ſi conſideraverimus, utrum hoc delictum quovis die, hebdomade, aut menſe a nobis commiſſum ſit, et quoties quovis die, hebdomade, aut menſe commiſſum.

Q. *Adhibenda ne eſt magna in examine conſcientiae diligentia?*

R. Talis adhibenda eſt in examine conſcientiae diligentia, qualis in majoris momenti negotiis adhibetur.

Q. *Quibus praecipue in examine conſcientiae adhibenda eſt major diligentia?*

R. Iis in examine conſcientiae adhibenda eſt major diligentia, qui ſaepius negligenter, aut perperam confeſſi ſunt; et qui conſcientiam rariſſime diſcutere conſueverunt.

Q. *Quando negligentia in examine conſcientiae eſt peccatum lethale?* R.



R. Negligentia in examine conſcientiae eſt peccatum lethale, quoties nos periculo exponimus gravioris delicti omittendi; quod vulgo accidit illis, qui ſaepius graviora committunt, et raro confitentur.

b. DE CONTRITIONE.

Q. *Quid eſt Contritio?*

R. Contritio eſt abominatio peccati, major, quam aliorum malorum, et internus dolor offenſae Dei, cum firmo propoſito non iterum offendendi Deum

Q. *Qualis debet eſſe Contritio?*

R. Contritio debet eſſe 1 Interna. 2 Supernaturalis. 3 Super omnia. 4 Univerſalis.

Q. *Quae eſt Contritio interna?*

R. Contritio interna eſt illa, quae non ſolum ore, ſed etiam corde fit, id eſt: ſi peccator non ſolum verbis dolorem exprimit, ſed etiam dolorem hunc interius ſentit. (f) Q.

f) *Sacrificium Deo ſpiritus contribulatus: cor contritum et humiliatum Deus non deſpicies. Pſal. L -- 19.*

Q. *Quae est Contritio supernaturalis?*
R. Contritio supernaturalis est, cum peccator per gratiam Spiritus sancti, superioribus causis ad dolorem concipiendum excitatur. (g)
Q. *Quando est Contritio tantum naturalis?*
R. Contritio tantum est naturalis, quoties peccator ex causis tantum naturalibus deflet, et abominatur delicta sua, e. g. quod ad tempus factus sit infelix, et infamiam aut damnum sit passus.
Q. *Sufficit ne dolor naturalis ad remissionem peccatorum apud Deum obtinendam?*
R. Dolor naturalis non sufficit ad obtinendam apud Deum remissionem peccatorum.
Q. *Quae est Contritio super omnia?*
R. Contritio super omnia est, cum peccator magis dolet, quod Deum offenderit, quam si omnes in terris possessiones amisisset.
Q. *Quae est Contritio universalis?*
R. Con-

g) *Quae enim secundum Deum tristitia est, poenitentiam in salutem stabilem operatur. 2 Cor. VII -- 10.*

R. Contritio universalis est illa, quae ad omnia, nullo excepto, peccata extenditur.

Q. *Quotuplex est Contritio supernaturalis?*

R. Contritio supernaturalis est duplex: perfecta videlicet, et imperfecta.

Q. *Quid est Contritio perfecta?*

R. Contritio perfecta est supernaturalis dolor, et abominatio peccatorum, exinde vel maxime, quod Deum summum bonum, super omnia amandum offenderimus; huic dolori jungendum est firmum propositum Deum non iterum offendendi.

Q. *Quomodo Contritio perfecta excitatur?*

R. Perfecta Contritio ita excitatur:

Deus meus! de omnibus commissis peccatis ex corde doleo, quia te illis meum amantissimum Deum, supremum et infinitum bonum, quod ex corde diligo, offendi. Firmissime propono ope tuae gratiae vitam emendare, potiusque omnia, ipsam etiam mortem pati, quam te Deum meum supremum bonum peccato aliquo iterum offendere. Da mihi gratiam ad explendum hoc proposi-

tum;

tum; id a te peto per infinita merita divini tui Filii Domini noſtri Salvatoris Jeſu Chriſti.

Q. *Quid facto eſt opus ad excitandam Contritionem perfectam?*

R. Ad excitandam Contritionem perfectam:

1. Gratia Dei invocanda. 2. Conſiderandum ſerio, quis ille ſit, quem offendimus. 3. Frequens uſus Contritionis eſt neceſſarius.

Q. *Quo tempore obligatur homo ad excitandam Contritionem perfectam?*

R. Ad Contritionem perfectam excitandam obligatur homo:

1. Quoties ad aliquod Sacramentum ſuſcipiendum accedit, ſentiens, ſe non eſſe in ſtatu gratiae, copiamque confitendi non habens.
2. Quoties in periculo vitae amittendae verſatur.

Q. *Quando praeterea Contritio perfecta excitanda?*

R. Utiliſſimum eſt, ſi quovis die perfecta Contritio excitetur; praecipue tamen, priusquam ſe homo ſomno committit.

Q. *Quid*



Q. *Quid operatur Contritio perfecta?*

R. Contritio perfecta operatur remissionem omnium peccatorum apud eos, qui copiam quidem confitendi non habent, propositum tamen firmum (quam primum sese obtulerit occasio confitendi) concipiunt.

Q. *Quid est Contritio imperfecta?*

R. Contritio imperfecta est supernaturalis dolor et abominatio peccatorum, seu, quia peccatum in se abominandum est, seu, quia per illud coelum amittimus, et poenam inferni aeternam meremur. Huic adjungendum est firmum propositum non iterum Deum offendendi.

Q. *Quid faciendum praeterea peccatori hanc Contritionem imperfectam elicienti?*

R. Peccator, qui Contritionem imperfectam elicit, habeat spem remissionis suorum peccatorum per merita Jesu Christi, et Deum auctorem omnis justitiae ad justificationem suam diligere incipiat est necesse.

Q. *Quomodo Contritionem imperfectam elicies?*

R. Contritionem imperfectam hoc modo eliciam: Deus

Deus meus! doleo ex toto corde, quod te offenderim. Abominor ſincere, et odio habeo ex corde mea peccata, partim quod ſint deteſtanda, partim etiam, quod per illa coelum amiſerim, et infernum meruerim; et quo magis peccata odio habeo, et abominor, eo magis diligo ex eo tempore juſtitiam, et te mi Deus, qui fons, et auctor es omnis juſtitiae. Spem habeo in tua infinita miſericordia per merita Jeſu Chriſti Salvatoris mei, fore, ut mihi peccata remittantur commiſſa; propono firmiter gratia tua adjuvante futurum, ut non iterum delinquam.

Q. *Quid operatur Contritio imperfecta?*

R. Contritio imperfecta operatur etiam medio confeſſionis, remiſſionem peccatorum.

Q. *Quae Contritio peccatori elicienda?*

R. Quamvis Contritio imperfecta ad Sacramentum Poenitentiae ſufficiens ſit, tamen ſatagat peccator neceſſe eſt, uti Contritionem perfectam ſaepius eliciat.

c. De



c. De firmo Proposito.

Q. *Quid est firmum Propositum?*

R. Firmum Propositum est sincera voluntas emendandi vitam, et non iterum peccandi. (h)

Q. *Quid faciendum proponit is, qui sinceram voluntatem habet vitam emendandi?*

R. Qui sinceram habet voluntatem vitam emendandi proponit:

1. Omnia peccata aeque ac proximas occasiones et pericula peccandi vitanda.
2. Omnibus concupiscentiis ad peccandum incitantibus resistendum, ac ad conservandam gratiam omnia media amplectenda.
3. Aliena reddenda, pravum exemplum, cujus peccatum causa extitit, item damnum, quod proximo sive in honore, sive in bonis, sive alio modo illatum est, resarciendum.

4. Omni-

h) *Non ergo regnet peccatum in vestro mortali corpore, ut obediatis concupiscentiis ejus. Rom. VI -- 12.*

4. Omnibus inimicis, et iis, qui nos offenderunt, ex corde parcendum.
5. Officia omnia sui status curate adimplenda.

Q. *Quibus mediis venit peccator ad firmum propositum faciendum non iterum peccandi?*

R. Peccator venit ad firmum propositum faciendum non iterum peccandi, his mediis:

1. A Deo gratiam saepius petendo.
2. Saepius magnitudinem, et utilitatem divinae gratiae, quae omnia temporalia bona superat; et e contrario damnum etiam venialis peccati bene considerando: quod damnum longe magis animae nocet, quam alia omnia mala temporalia.

d. De Confessione.

Q. *Quid est Confessio?*

R. Confessio est contriti cordis accusatio, (i) per quam peccator se ipsum

N coram

i) *Si confiteamur peccata nostra, fidelis est, et*



coram legitime ad excipiendas confessiones designato Sacerdote peccatorum a se commissorum reum facit, ut veniam eorundem sibi impetret.

Q. *Qualis debet esse Confessio?*

R. Confessio debet esse 1. modesta, 2. perfecta.

Q. *Quae est Confessio modesta?*

R. Confessio modesta est, cum peccator vere contritus, et rubore suffusus se ipsum coram confessario accusat, omnes vitando excusationes, seque eidem ita subjicit, quemadmodum reus suo judici subjici consuevit.

Q. *Quae est Confessio perfecta?*

R. Confessio perfecta est, cum peccator sua omnia peccata, nondum confessa, coram confessario curate, sincere, et non dissimulanter accusat, ita, quemadmodum se post diligens conscientiae examen reum deprehendit.

Q. *Quo-*

---

et justus, ut remittat nobis peccata nostra, et emundet nos ab omni iniquitate. Ioan. I -- 9.

Q. *Quomodo eſt Confeſſio curata, ſincera, et non diſſimulanter facta?*

R. Confeſſio eſt curata, ſincera, et non diſſimulanter facta, cum

1. Peccator numerum omnium graviorum delictorum, nullo praetermiſſo, aeque ac circumſtantias omnes, quae vel delicti malitiam augent, vel ſpeciem penitus mutant, curate profert; perſonam tamen complicem facti nominare ei vetitum eſt ſemper; item cavendum eidem, ne quidpiam proferat, quod honori proximi damnum procrearet.
2. Cum peccata ſua, quae certa ſunt, ut certa, dubia vero, ut dubia confitetur.

Q. *Eſt ne valida confeſſio, cum peccator timore, aut pudore ductus in confeſſione peccatum aliquod grave reticet?*

R. Cum peccator grave aliquod peccatum reticet in confeſſione: ejus confeſſio non ſolum non valida, ſed etiam ejusmodi peccator novum, et grave delictum committit, quo Sacramentum Poenitentiae profanatur.

 Q. Quid



Q. *Quid ei faciendum, qui in confessione gravius aliquod peccatum ex industria, aut ex culpabili negligentia reticuit?*

R. Qui in confessione gravius aliquod peccatum ex industria, aut ex culpabili negligentia reticuit, non solum delictum illud, quod reticuit, confiteatur est necesse, verum etiam se accuset:

1. In quot confessionibus hoc delictum reticuerit.
2. Iterandae sunt non solum omnes illae confessiones factae ex eo tempore, quo delictum reticuit, in quibus se graviorum peccatorum reum fassus est: sed etiam illa ipsa confessio, in qua gravius illud delictum reticuerat, ex integro repetenda, praesertim, si in eadem alia itidem delicta graviora confessus est.
3. Dicendum ei est, utrum, et quoties in tali statu sanctissimam sumserit Eucharistiam; tum etiam utrum id Paschali quoque tempore fecerit.
4. Aperiendum praeterea, utrum

alia quoque Sacramenta in ejusmodi ſtatu exiſtens, ſuſceperit.

Q. *Quid ei agendum, qui gravius aliquod peccatum ex ignorantia, aut oblivione in confeſſione reticuit?*

R. Peccator, qui gravius aliquod peccatum in confeſſione ſive ex ignorantia, ſive ex oblivione reticuit, peccatum illud, quod reticuit, in proxima confeſſione exponat, eſt neceſſe, ſi id illico poſt confeſſionem factam, et adhuc ante ſanctiſſimae Eucharistiae ſumtionem facere non potuit.

Q. *Eſt ne cauſa aliqua in confeſſione pudoris, aut timoris?*

R. Nulla eſt cauſa timoris, aut pudoris in confeſſione:

1. Quia non puduit hominem praeſente Deo, qui omnia videt, delinquere, nec etiam timuit, ne ab eo aeternum damnaretur.
2. Quia longe utilius eſt homini ſecreto ſua confeſſario delicta palam facere, quam in peccatis quiete animi carere, infeliciter mori, et extremo judicii die in oculis omnium hominum pudore affici.

3. Quia ipse confessarius conscius infirmitatis suae novit peccanti compati.
4. Quia confessarius sub lethali culpa, et sub acerbissimis poenis temporalibus aeque ac aeternis ad secretum servandum obstringitur.

Q. *Quomodo a peccatore proferenda sunt in confessione peccata?*

R. A peccatore proferenda sunt in confessione peccata:

1. Semper aperte, et quantum fieri potest, verbis honestioribus exprimenda.
2. Ita sunt proferenda peccata, ut solummodo a confessario, non vero etiam a circumstantibus audiantur.

Q. *Obligamur ne etiam ad venialia peccata confitenda?*

R. Non obligamur ad venialia peccata confitenda, id tamen facere semper utile est, et consultum.

Q. *Saepius ne ad Sacramentum Poenitentiae accedendum?*

R. Saepius ad Sacramentum Poenitentiae accedendum:

1. Quia ſape delinquimus; et quia periculoſum eſt reconciliationem cum Deo procraſtinare.
2. Quia frequentior confeſſio contra pericula, et occaſiones peccandi nos tuetur, et animam in gratia Dei confirmat.
3. Quia frequentior confeſſio ad caſtimoniam vitae, et teneritudinem conſcientiae multum facit.

Q. *Quo aetatis anno liberi ad confeſſionem faciendam obligantur?*

R. Liberi ad confeſſionem faciendam obligantur, ſimulac ad uſum rationis perveniunt, et bonum a malo diſcernere noverunt.

Q. *Quid aget peccator priusquam incipiat ſua proferre peccata?*

R. Priusquam incipiat ſua proferre peccata, flectet genua, ſignabit cruce frontem, os, et pectus; deinde dicet ſacerdoti: Benedic mihi Reverende Pater, ut bene, et integre peccata mea confiteri valeam.

Q. *Quid deinde obtenta benedictione a ſacerdote agendum?*

R. Obtenta deinde a ſacerdote benedictione,

dictione, ſi per tempus, et alias circumſtantias licet, dicitur publica confeſſio, ſeu confiteor; quod ita ſonat: Confiteor Deo omnipotenti, Beatae Mariae ſemper Virgini, omnibus ſanctis, et tibi Pater! quod poſt ultimam meam confeſſionem, quam (hic dicendum tempus) abſolvi, ſaepius peccaverim cogitatione, verbo, et opere; praecipue vero accuſo me, &c.

Hic incipit praeſcripto ſuperius modo, quemadmodum ſe homo coram Deo ſentit reum, peccatorum confeſſio.

Q. *Quibus verbis concluditur confeſſio?*

R. Confeſſio concluditur his verbis: de his, et aliis omnibus mihi cognitis peccatis, quae vel ipſe commiſi, vel aliis ad ea committenda auctor fui, ex corde doleo, quia Deum ſupremum et amantiſſimum bonum iisdem offendi. Firmiſſime ſtatuo, non iterum peccare. -- Peto a te reverende Pater abſolutionem, atque ſalutarem poenitentiam.

e. DE SATISFACTIONE.

Q. *Quid per ſatisfactionem, quae ad Sacramentum Ponitentiae requiritur, intelligis?*

R. Per ſatisfactionem, quae ad Sacramentum Poenitentiae requiritur, intelligo ea opera, quae ſacerdos pro confeſſis peccatis injungit.

Q. *Cur pro peccatis confeſſis opera injunguntur?*

R. Pro peccatis confeſſis opera injunguntur:

1. Ut Deo pro injuriis, quae illi per peccata illatae ſunt, aliqua compenſatio fiat.
2. Ut peccator per opera Poenitentiae de ſuis ipſe peccatis vindictam ſumat.
3. Ut meritae temporales poenae peccatori remittantur.
4. Ut peccator in poſterum cautius vivat, et non facile iterum delinquat.

Q. *Poteſt ne peccator offenſo Deo ſatisfacere?*

R. Paeccator propriis viribus offenſo

Deo

Deo nullo modo ſatisfacere poteſt; ſatisfactiones ſiquidem hominum offenſae divinae Majeſtatis paris nunquam ſunt valoris; attamen illa opera poenitentiae, quae ſacerdos peracta confeſſione injungit, et quae dolore percitus peccator ſponte facit, valorem ſuum ab infinitis meritis Jeſu Chriſti mutuantur.

Q. *Cur obligatur peccator Deo pro ſuis culpis ſatisfacere, cum jam Chriſtus Jeſus pro iisdem ſatisfecerit?*

R. Peccator etiam obligatur Deo ſatisfacere, quamvìs Chriſtus Jeſus pro peccatis noſtris Deo ſatisfecerit:

1. Quia illi, qui participes ſatisfactionis Chriſti fieri cupiunt, cooperari, et ipſi tantum facere tenentur, quantum habent virium, ad injurias, quas Deo irrogarunt, delendas.
2. Quia Deus peccatores, quibus peccata remittit, et poenam aeternam indulget, ſaepe temporalibus poenis affligit.

Q. *Eſt ne ſatisfactio pars ad Sacramenti Poenitentiae integritatem omnino neceſſaria?*

R.

R. Satisfactio eſt pars ita ad Sacramenti Poenitentiae integritatem neceſſaria, ut (excepto caſu, quo impleri non poſſet) Sacramentum Poenitentiae ſine illa imperfectum judicetur.

Q. *Quae opera in Sacramento Poenitentiae injunguntur?*

R. Oratio, Abſtinentia, Eleemoſyna, et alia opera Poenitentiae, quae magnitudini, et naturae peccatorum reſpondent, peccatori injunguntur.

Q. *Quomodo injuncta opera Poenitentiae peragenda?*

R. Injuncta Poenitentiae opera peragenda:

1. Modeſto animo.
2. Sincere, ita, quemadmodum injuncta fuere.
3. Absque dilatione, quamprimum id fieri poteſt.

Q. *Utrum poſſit, atque debeat Deo etiam aliis operibus, praeter illa injuncta opera, ſatisfieri?*

R. Et poteſt, et debet Deo aliis etiam operibus ſatisfieri:

1. Quia confeſſarius pro ratione noſtrae infirmitatis, aut etiam aliis

juſtis

gratis



justis ex causis non semper peccatis nostris aequalem poenam injungit; ac proinde pars aliqua peccatori adhuc luenda superest.

2. Quia mandante Christo Domino: digni Poenitentiae fructus ferendi sunt. (k)

Q. *Quae sunt illa, praeter injuncta in Sacramento Poenitentiae, opera, quibus etiam Deo satisfieri potest?*

R. Praeter injuncta in Sacramento Poenitentiae opera sunt haec praecipua, quibus etiam Deo satisfieri potest:

1. Orationes, jejunia, eleemosynae.
2. Aliae sanctae actiones, quae hoc fine sponte peraguntur.
3. Aerumnae, et adversitates, quibus affligimur, et quas patienter in spiritu poenitentiae toleramus.

Q. *Est ne praeterea aliquod aliud medium pro temporalibus poenis satisfaciendi?*

R. Indulgentiae sunt etiam medium satisfaciendi pro temporalibus poenis.

APPENDIX DE INDULGENTIIS.

Q. *Quid est Indulgentia?* R.

(k *Matth. III -- 8.*

R. Induligentia eſt remiſſio poenae temporalis, quam (obtenta venia peccati culpae) in hac vita, vel etiam poſt mortem pati deberemus.

Q. *Quid Catholico Chriſtiano de Indulgentiis tenendum?*

R. Catholico Chriſtiano de Indulgentiis tenendum:

1. Quod vera Eccleſia habeat a Jeſu Chriſto poteſtatem Indulgentias impertiendi.
2. Nobis longe utiliſſimum eſſe, ſi conceſſarum ab Eccleſia Indulgentiarum participes fiamus.

Q. *Quis habet poteſtatem in Eccleſia vera Indulgentias impertiendi?*

R. Romanus Pontifex ipſe habet poteſtatem in tota Eccleſia Indulgentias impertiendi; Epiſcopi porro habent tantum in ſuis dioeceſibus poteſtatem ad normam praeſcriptae legis ab Eccleſia latae Indulgentias concedendi.

Q. *Dantur ne plures Indulgentiarum ſpecies?*

R. Dantur plures Indulgentiarum ſpecies, aliae ſiquidem Indulgentiae ſunt

ple-

plenariae, aliae item ſunt non plenariae.

Q. *Quid eſt Indulgentia plenaria?*

R. Indulgentia plenaria eſt remiſſio omnium poenarum temporalium, quas peccator meruit.

Q. *Quid eſt Indulgentia non plenaria?*

R. Indulgentia non plenaria eſt illa, per quam non omnes temporales poenae, ſed ſolummodo pars earundem remittitur. Ejusmodi ſunt Indulgentiae 40. dierum, unius, aut plurium annorum.

Q. *Quod eſt fundamentum Indulgentiarum?*

R. Fundamentum Indulgentiarum eſt theſaurus Eccleſiae; qui conſiſtit in infinitis meritis Jeſu Chriſti, in meritis Beatiſſimae Virginis Mariae, et aliorum Sanctorum. Horum meritorum nos participes facit Eccleſia Indulgentias impertiendo.

Q. *Liberat ne nos Eccldſia per Indulgentias ab obligatione pro peccatis ſatisfaciendi?*

R. Eccleſia non perfecte liberat nos ab obligatione pro peccatis ſatisfaciendi, cupit tantum:

1. In

1. In nobis ſpiritum poenitentiae excitare, et fervorem noſtrum proemio afficere, quo poenitentiae opera explemus.
2. Noſtrae infirmitati, et inopiae conſulere, quae nos ſaepius impares facit ſatisfaciendo divinae Majeſtati, ita, quemadmodum obligamur.

Q. *Quid praeterea ad lucrandas Indulgentias requiritur?*

R. Ad lucrandas Indulgentias requiritur praeterea
1. Ut ſimus in ſtatu gratiae.
2. Ut conditiones praeſcriptas impleamus.

Q. *Quid eſt Indulgentia anni Jubilaei?*

R. Indulgentia anni Jubilaei eſt Indulgentia plenaria, quam Romanus Pontifex in quibusdam circumſtantiis, et temporibus cum ſingulari praerogativa, et conditionibus praecipuis concedere conſuevit.

§ 5. DE SACRAMENTO EXTREMAE UNCTIONIS.

Q. *Quid eſt extrema Unctio?*

R. Ex-

R. Extrema Unctio eſt Sacramentum, per quod aeger unctus Oleo ſacro, et oratione praeſcripta per ſacerdotem dicta, gratiam Dei ad ſalutem animae, et ſaepius etiam corporis adipiſcitur. (a)

Q. *Cur hoc Sacramentum extrema Unctio appellatur?*

R. Hoc Sacramentum extrema Unctio appellatur, quia haec inter omnes alias ſacras Unctiones, quas Salvator noſter Eccleſiae ſuae imperavit, poſtremo loco facienda venit.

Q. *Cui Sacramentum extremae Unctionis dandum?*

R. Sacramentum extremae Unctionis periculoſo morbo afflictis dandum.

Q. *Quando Sacramentum extremae Unctionis morbo preſſis dandum?*

R. Sa-

---

a) *Infirmatur quis in vobis? inducat Preſbyteros Eccleſiae, et orent ſuper eum, ungentes eum oleo in nomine Domini, et oratio fidei ſalvabit infirmum, et alleviabit eum Dominus: et ſi in peccatis ſit, remittentur ei. Jac. V. -- 14 -- 15.*

R. Sacramentum extremae Unctionis tunc morbo pressis dandum, quando (quantum fieri potest) adhuc illi usum perfectae rationis habent.

Q. *Quid operatur extrema Unctio?*

R. Extrema Unctio operatur

1. Augmentum gratiae sanctificantis.
2. Remissionem venialium, aut etiam graviorum illorum peccatorum, quae aeger ex inculpabili oblivione, vel quod impar esset, confessus non est.
3. Liberationem a malis effectibus peccatorum, atque eorundem reliquiarum.
4. Fortitudinem ad resistendum impetui, et tentationibus diaboli.
5. Auxilium contra immodicum timorem appropinquantis mortis.
6. Etiam saepius valetudinem corporis, si illa ad salutem animae facit.

Q. *Quomodo se praeparabit aeger ad Sacramentum extremae Unctionis suscipiendum?*

R. Aeger praeparabit se ad Sacramen-

tum Unctionis extremae ſuſcipiendum fide viva, et firma ſpe in Deo, ſubjiciendo ſe totum divinae voluntati; praeſertim vero ope confeſſionis in ſtatu gratiae ſe ſe collocando, vel etiam (ſi id facere non poſſet) actum contritionis perfectae de peccatis commiſſis eliciendo.

Q. *Quoties ab aegro ſuſcipienda eſt extrema Unctio?*

R. Ab aegro toties ſuſcipienda eſt extrema Unctio, quoties ille in novo vitae periculo exiſtit.

Q. *Quis legitime confert extremam Unctionem?*

R. Extremam Unctionem legitime nemo confert, niſi Presbyter Eccleſiae; ſingulare porro id officium eſt Parochorum.

Q. *Eſt ne extrema Unctio ad ſalutem neceſſaria?*

R. Extrema Unctio non eſt omnino ad ſalutem neceſſaria; ab aegro tamen non eſt negligenda propter illas multiplices gratias, quarum fit particeps is, qui extremam Unctionem ſuſcipit.

§. 6.



§. 6. DE SACRAMENTO ORDINIS.

Q. *Quid eſt Ordo?*

R. Ordo generatim eſt Sacramentum, per quod his, qui ſe ſervitio Eccleſiae dicant, poteſtas ſpiritualis, et ſingularis gratia confertur ad quaedam officia pro gloria Dei, et ſalute animae legitime, et religioſe peragenda. (a)

Q. *Quid eſt Ordo ſpeciatim conſideratus?*

R. Ordo ſpeciatim conſideratus eſt Sacramentum, per quod his, qui ſacerdotio initiantur, poteſtas in verum corpus Jeſu Chriſti aeque ac ſpirituale, quod fideles conſtituunt, tribuitur.

Q. *In quo conſiſtit haec poteſtas Ordinis?*

R. Haec poteſtas Ordinis conſiſtit in eo:

1. Quod Presbyteri panem et vinum in verum Corpus, et verum Sanguinem Domini noſtri Jeſu Chriſti convertant.

---

a) *Admoneo te, ut reſuſcites gratiam Dei, quae eſt in te, per impoſitionem manuum mearum. 2. Tim. 1 -- 6.*

2. Quod illi fidelibus peccata remittant, aut etiam retineant.

Q. *Quis confert Ordines ſacros?*

R. Ipſi Epiſcopi conferunt Ordines ſacros.

Q. *Quales debent eſſe hi, qui ſacros Ordines ſuſcipere intendunt?*

R. Ii, qui ſacros Ordines ſuſcipere intendunt, neceſſe eſt praecipue, ut neceſſariam ſcientiam poſſideant, et vitae optime actae teſtimonium habeant. (b)

Q. *Quid operatur Ordo?*

R. Ordo

1. Praeter augmentum gratiae ſanctificantis, ſingularem quoque confert gratiam, per quam ſacris initiati idonei, et habiles fiunt ad officia eccleſiaſtica peragenda, et ad Sacramenta legitime adminiſtranda. (c)

2. Im-

---

b) *Manus cito nemini impoſueris, neque communicaveris peccatis alienis. Teipſum caſtum cuſtodi. 1 Tim. V -- 22.*

c) *Noli negligere gratiam, quae eſt in te, quae*

2. Imprimit characterem indelebilem animae initiatorum, per quem ab aliis fidelibus diſtinguuntur; ideo etiam Ordinem ſemel ſuſceptum iterare vetitum eſt.

Q. *Eſt ne Sacramentum Ordinis neceſſarium?*

R. Sacramentum Ordinis non eſt quidem ſingularibus perſonis, ſed toti Eccleſiae omnino neceſſarium.

§. 7. DE SACRAMENTO MATRIMONII.

Q. *Quid eſt Matrimonium?*

R. Matrimonium eſt Sacramentum inſolubilis conjunctionis, (a) per quod duae liberae chriſtianae perſonae vir et femina legitime connubio junguntur, atque Deus ipſis confert per

 hoc

---

quae data eſt tibi per prophetiam, cum impoſitione manuum Presbyteri. 1 Tim. IV -- 14.

a) *Itaque jam non ſunt duo, ſed una caro. Quod ergo Deus conjunxit, homo non ſeparet. Matth. XIX -; 6.*

hoc Sacramentum gratiam, ut in ſuo conjugali ſtatu ad mortem uſque religioſe perſeverent, et prolem ſuam chriſtiano more educent.

Q. *Quomodo S. Paulus hoc Sacramentum appellat?*

R. Sanctus Paulus appellat Matrimonium Sacramentum magnum in Chriſto et in Eccleſia; (b) quia iſtud Sacramentum ſpiritualem unionem Chriſti cum Eccleſia ſua ſignificat.

Q, *Cur Matrimonii Sacramentum eſt inſtitutum?*

R. Matrimonii Sacramentum eſt inſtitutum:

1. Ad propagationem generis humani. (c)
2. Ad commune conjugatorum ſibi invicem praeſtandum auxilium.(d)

3. Ad

---

b) *Sacramentum hoc magnum eſt: ego autem dico in Chriſto, et in Eccleſia. Eph. V -- 32.*

c) *Benedixitque illis Deus, et ait: creſcite, et multiplicamini, et replete terram. Gen. I -- 28.*

d) *Dixit*

3. Ad remedium contra inordinatam libidinem carnis. (e)

Q. *Est ne Sacramentum Matrimonii necessarium?*

R. Sacramentum Matrimonii generatim ad propagationem generis humani necessarium, non vero cuilibet personae singulari; caelebs siquidem vita singularis personae longe perfectior est. (f)

Q. *Quid operatur Sacramentum Matrimonii?*

R. Sacramentum Matrimonii, praeter augmentum gratiae sancificantis, singularem quoque confert gratiam:

1. Ut conjugati religiose simul ad mortem usque vivant.

2. Ut

---

d) *Dixit quoque Dominus Deus: non est bonum, esse homini solum, faciamus ei adjutorium simile sibi. Gen. II -- 18.*

e) *Propter fornicationem autem unusquisque suam uxorem habeat, et unaquaeque suum virum habeat. 1 Cor. VII - 2.*

f) *Dico autem non nuptis et viduis: bonum est illis, si sic permaneant, sicut et ego. 2 Cor. VII -- 8.*



2. Ut prolem ſuam in timore Dei educent.

Q. *Quid exigit Eccleſia a perſonis, quae connubia ineunt?*

R. Eccleſia exigit a perſonis, quae connubia ineunt:

1. Ut inter illas nullum intercedat impedimentum.
2. Ut eo fine, qui inſtitutioni conveniens eſt, matrimonium ineant.
3. Ut timore Dei pleni, et pura labe conſcientia ad hoc Sacramentum ſuſcipiendum accedant. (g) Ideo etiam confiteantur, et ſacroſanctam ſumant Euchariſtiam eſt neceſſe.

Q. *Quid faciendum incumbit iis, qui connubia ineunt?*

R. Ii, qui connubia ineunt, neceſſe eſt, ut ſibi mutuo fidem conjugalem, poſt ternam denuntiationem, praeſentibus duobus teſtibus, coram proprio Parocho, promittant, et benedictionem accipiant.

Q.

---

g) *Filii quippe ſanctorum ſumus, et non poſſumus ita conjungi, ſicut gentes, quae ignorant Deum. Tob. VIII-5.*

Q. *Quae ſunt mutua conjugatorum officia?*
R. Mutua conjugatorum officia ſunt:
1. Ut placide, et chriſtiano more ſimul vivant.
2. Ut vir ſuam mulierem ita, quemadmodum corpus ſuum diligat, nutriat, et defendat; (h) mulier autem, ut viro in his, quae juſta ſunt, obediat. (i)
3. Ut neque vir mulierem, neque mulier virum in calamitatibus deſerat, verum fideliter ad mortem uſque ſimul vivant. (k)


Q. *Quae ſunt officia conjugatorum erga liberos?*
R. Officia conjugatorum erga liberos ſunt haec, videlicet: ut liberos ſuos chri-

---

h) *Viri! diligite uxores veſtras, ſicut et Chriſtus dilexit Eccleſiam. Eph. V - 25. Viri! diligite uxores veſtras, et nolite amari eſſe ad illas. Col. III -- 19.*
i) *Mulieres viris ſuis ſubditae ſint, ſicut Domino. Eph. V -- 12.*
k) *Quamobrem relinquet homo patrem ſuum et matrem, et adhaerebit uxori ſuae: et erunt duo in carne una. Gen. II - 24.*



chriſtiano more educent, eorumque ſalutis aeternae aeque ac temporalis curam habeant. (1)



V. CAPUT
DE JUSTITIA CHRISTIANA.

Q. *Quid eſt Juſtitia chriſtiana?*
R. Chriſtiana Juſtitia eſt: declinare a malo, et facere bonum.

PARS PRIOR JUSTITIAE CHRISTIANAE: DECLINA A MALO.

Q. *Quae eſt pars prior Juſtitiae chriſtianae?*
R. Pars prior Juſtitiae chriſtianae eſt: declina a malo.
Q. *Quod eſt illud malum?*
R. Verum, et unicum malum eſt peccatum.
Q. *Quid eſt peccatum generatim?*

R. Pec-

1) *Et vos patres! educate filios veſtros in diſciplina, et correptione Domini. Eph. V -- 4.*

R. Peccatum generatim eſt voluntaria transgreſſio praecepti divini. (a)

Q. *Quotuplex eſt peccatum?*

R. Peccatum eſt duplex: 1. Originale 2. Actuale.

§ 1. DE PECCATO ORIGINALI.

Q. *Quid eſt peccatum originale?*

R. Peccatum originale eſt illud delictum, quod Adamus in paradiſo, et nos in Adamo commiſimus, illiusque haeredes facti ſumus.

Q. *Unde hoc peccatum originale ſuam traxit denominationem?*

R. Peccatum originale ſuam traxit denominationem inde, quia homines, qui ab Adamo deſcendunt, hujus peccati haeredes fiunt, et illius poenam ac malos effectus patiuntur. (b)

Q. *Quae*

---

a) *Omnis, qui facit peccatum, et iniquitatem facit, et peccatum eſt iniquitas. 1 Ioan. III -- 4.*

b) *Propterea, ſicut per unum hominem peccatum in hunc mundum intravit, et per peccatum mors, et ita in omnes homi-*

Q. *Quae ſunt poenae, et mali effectus peccati originalis?*

R. Poenae, et mali effectus peccati originalis ſunt: amiſſio gratiae ſanctificantis, (c) mors, (d) proclivitas ad malum, averſio a bono, (e) multae aerumnae, et calamitates. (f)

Q. *An*

---

homines mors pertranſiit, in quo omnes peccaverunt. Rom. V -- 12.

c) *Eramus natura filii irae. Eph. II -- 3.*

d) *In quocunque die comederis ex eo, morte morieris. Gen. II -- 17. Sicut per unum hominem peccatum in hunc mundum intravit, et per peccatum mors, et ita in omnes homines mors pertranſiit, in quo omnes peccaverunt. Rom. V -- 12.*

e) *Video autem aliam legem in membris meis, repugnantem legi mentis meae, et captivantem me in lege peccati, quae eſt in membris meis. Rom. VII -- 23.*

f) *Mulieri quoque dixit: multiplicabo aerumnas tuas, et conceptus tuos: in dolore paries filios, et ſub viri poteſtate eris, et ipſe dominabitur tui. Adae*

vero



Q. *An etiam Beatissima Virgo Maria Originalis peccati particeps fuit?*

R. Ecclesia quidem hac de re nullum fidei statuit articulum; attamen approbat doctrinam hanc, ut piam opinionem, quod Maria Mater Dei absque originali peccato sit concepta, (g) pro-

---

vero dixit: quia audisti vocem uxoris tuae: et comedisti de ligno, ex quo praeceperam tibi, ne comederes, maledicta terra in opere tuo, in laboribus comedes ex ea cunctis diebus vitae tuae. Spinas et tribulos germinabit tibi, et comedes herbam terrae. In sudore vultus tui vesceris pane, donec revertaris in terram, de qua sumtus es, quia pulvis es, et in pulverem reverteris. Gen. III -- 16 -- 17-18 -- 19.

g) *Conc. Trid. Sess. V. in fine decreti de originali peccato: Declarat tamen haec ipsa sancta synodus, non esse suae intentionis, comprehendere in hoc decreto, ubi de peccato originali agitur, beatam, et immaculatam Virginem Mariam,*

prohibet insuper contrariam opinionem doceri, celebrat solennissime festum ejus Conceptionis, et in hoc festo amplas concessit indulgentias.

§ 2. DE ACTUALI PECCATO, ATQUE ILLIUS SPECIEBUS.

Q. *Quid est actuale peccatum?*

R. Actuale peccatum est transgressio divini praecepti, quod peccator ipse voluntarie transgreditur.

Q. *Quomodo adhuc aliter peccatum actuale appellatur?*

R. Peccatum actuale appellatur adhuc aliter personale, discriminis causa inter actuale, et originale peccatum, quod posteri Adae non in persona sua committunt.

Q. *Quomodo actuale sive personale peccatum committitur?*

R. Actuale, sive personale peccatum com-

---

am, Dei genitricem; sed observandas esse constitutiones felicis recordationis Sixti IV. sub poenis in eis constitutionibus contentis, quas innovat.

committitur cogitatione, (h) verbo, (i) et opere (k) aut omiſſione hujus, quod faciendum erat. (l)

Q. *Quod eſt diſcrimen inter peccata actualia?*

R. Diſcrimen inter actualia peccata eſt hoc; videlicet: quod alia ſint gravia ſeu lethalia peccata, alia porro venialia tantum.

Q. *Eſt ne praeterea aliud aliquod diſcrimen notandum?*

R. Eſt preaterea diſcrimen aliud notandum, inter peccata ſcilicet propria, et aliena. Q. *Quid*

---

h) *De corde exeunt cogitationes malae. Matth, XV -- 19. Perverſae cogitationes ſeparant a Deo. Sap. I -- 3.*

i) *Dico autem vobis, quoniam omne verbum otioſum, quod locuti fuerint homines, reddent rationem de eo, in die judicii. Matth. XII -- 36.*

k) *Omnes enim nos manifeſtari oportet ante tribunal Chriſti, ut referat unusquisque propria corporis, prout geſſit, ſive bonum, ſive malum. 2 Cor. V - 10.*

l) *Scienti igitur bonum facere, et non facienti, peccatum eſt illi. Jac. IV-17.*

Q. *Quid ſunt peccata propria?*

R. Peccata, quae quis voluntate ſua committit, propria dicuntur.

Q. *Quid ſunt peccata aliena?*

R. Peccata aliena ſunt illa, quae quidem nos ipſi non committimus, attamen eorum exiſtimus participes, quoties ad illa alios inducimus, aut non impedimus, cum ad id obligamur, vel reſiſtendo pares ſumus.

Q. *Quid eſt peccatum lethale?*

R. Peccatum lethale eſt gravis transgreſſio divinorum mandatorum.

Q. *Quod damnum adfert peccatum lethale?*

R. Per peccatum lethale anima ſpirituali vita, id eſt: gratia ſanctificante privatur, homo fit inimicus Dei, et reus mortis aerternae.

Q. *Quae appellantur peccata venialia?*

R. Leviores transgreſſiones divinorum mandatorum appellantur peccata venialia.

Q. *Obligamur ne etiam ad vitanda peccata venialia, quamvis illa ſint transgreſſiones leviores, omnem diligentiam adhibere, ne committantur?*

R. Etiam ad vitanda peccata venialia obli-

obligamur, quamvis illa leviores transgressiones sint, omnem diligentiam adhibere, ne committantur:

1. Quia venialia peccata, sint licet levissima, sunt attamen semper divinae Majestatis offensiones.(m)
2. Quia necesse est, ut parati simus omnia potius pati, quam Deum levissimo etiam peccato offendere. (n)
3. Quia venialia, quamvis peccatorem gratia non spolient sanctificante, tamen ad consequendas alias actuales gratias Dei magnum sunt impedimentum, et ita peccatorem paulatim ad graviora committenda inducunt. (o)

Q. *Quae sunt illae diversae species actualium peccatorum?*

R. Diversae species actualium peccatorum sunt: P 1. Se-

m) *In multis enim offendimus omnes. Jac. III -- 2.*

n) *Sapiens timet, et declinat a malo. Prov. XIII -- 16.*

o) *Qui spernit modica, paulatim decidet. Eccl. XIX -- 2.*



1. Septem peccata capitalia.
2. Sex peccata in Spiritum ſanctum.
3. Quatuor in coelum clamantia peccata.
4. Novem peccata aliena.

a. DE 7 PECCATIS CAPITALIBUS.

Q. *Quae ſunt illa 7 peccata capitalia?*

R. Sequentia ſunt ſeptem capitalia peccata:

1. Superbia. (p)
2. Avaritia. (q)
3. Luxuria. (r)
4. Invidia. (s)

5. Gu-

p) *Initium omnis peccati eſt ſuperbia, qui tenuerit illam, adimplebitur maledictis, et ſubvertet eum in finem. Eccl. X-15.*

q) *Radix enim omnium malorum eſt cupiditas. 1. Tim. VI -- 10.*

r) *Fornicatores et adulteros judicabit Deus. Hebr. XIII -- 4. Nolite errare: neque fornicarii, neque adulteri regnum Dei poſſidebunt. 1 Cor. VI-9-10.*

s) *Deponentes igitur omnem malitiam, et omnem dolum, et ſimulationem, et invidias. 1 Petr. II -- 1.*

5. Gula. (t)
6. Ira. (u)
7. Acedia. (w)

Q. *Cur haec ſeptem peccata nominantur capitalia?*

R. Haec 7 peccata nominantur capitalia, quia quodlibet eorum, ut ita dicam, caput, ſeu fons plurium aliorum peccatorum, quae ab illo derivantur, exiſtit.

---

t) *Nolite inebriari vino, in quo eſt luxuria. Eph. V -- 18. Sicut in die honeſte ambulemus, non in commeſſationibus, et ebrietatibus, non in cubilibus, et impudicitiis, non in contentione, et aemulatione. Rom. XIII -- 13.*

u) *Ego autem dico vobis: quia omnis, qui iraſcitur fratri ſuo, reus erit judicio. Matth. V -- 22. Omnis amaritudo, et ira, et indignatio, et clamor, et blaſphemia tollatur a vobis cum omni malitia. Eph. IV -- 31.*

w) *Scio opera tua, quia neque frigidus es, neque calidus; ſed quia tepidus es, et nec frigidus, nec calidus, incipiam te evomere ex ore meo. Apoc. III -- 15 -- 16.*

Q. *Quid eſt ſuperbia?*

R. Superbia eſt ſui ipſius immodica aeſtimatio, atque inordinata cupiditas praerogativarum.

Q. *Quid oritur ex ſuperbia?*

R. Ex ſuperbia oritur immoderatus ſui ipſius amor, cupido gloriae, atque honoris, oſtentatio, contemtus Dei, Religionis, et Eccleſiae, atque proximi. Diſcordiae, diſſenſiones, et rixae, obſtinatio, inobedientia, fucata pietas, haereſis.

Q. *Quid eſt avaritia?*

R. Avaritia eſt immodica cupido divitiarum et bonorum.

Q. *Quid oritur ex avaritia?*

R. Ex avaritia oritur inquietudo, dolus, et deceptio, injuſtitia, proditio, perjurium, inclementia, cordis duritia.

Q. *Quid eſt luxuria?*

R. Luxuria eſt immoderata cupido carnis voluptatum.

Q. *Quid oritur ex luxuria?*

R. Ex luxuria oritur caecitas mentis, vehemens deſiderium temporalis vitae, oblivio Dei, mortis, et futuri judicii, deſperatio aeternae felicitatis obtinendae.

Q.

Q. *Quid eſt invidia?*
R. Invidia eſt triſtitia de proximi bono, non ſecus ac ſi damnum ſuo afferretur.
Q. *Quid oritur ex invidia?*
R. Ex invidia oritur calumnia, detractio, falſum judicium, odium proximi, laetitia, ſi proximo male, triſtitia, ſi eidem bene res ſuccedant.
Q. *Quid eſt gula?*
R. Gula eſt immodica cibi atque potus appetentia, ſimul etiam immoderatus cibi, atque potionis uſus.
Q. *Quid oritur ex gula?*
R. Ex gula oritur corruptela morum, rixae, procacitas, impudicitia, jactura temporis, atque bonorum, ſanitatis et valetudinis perturbatio, facultatum animae debilitatio.
Q. *Quid eſt ira?*
R. Ira eſt inordinata mentis exaſperatio, et cupiditas vindictae.
Q. *Quid oritur ex ira?*
R. Ex ira oritur odium, perturbatio mentis, indignatio, jurgium, contumelia, et calumnia, caedes, et homicidium.
Q. *Quid eſt acedia?*



R. Acedia eſt taedium atque faſtidium rerum, quae ad Deum, atque animae noſtrae ſalutem, referuntur.

Q. *Quid oritur ex acedia?*

R. Ex acedia oritur ſocordia in ſervitio Dei, neglectus mediorum ad gratiam divinam, et ad conſequendam ſalutem animae neceſſariorum; triſtitia, imbecillitas animi, impoenitentia, deſperatio.

b. DE SEX PECCATIS IN SPIRITUM SANCTUM.

Q. *Quae ſunt illa ſex peccata in Spiritum ſanctum?*

R. Illa ſex in Spiritum ſanctum peccata ſunt:

1. Ex temeraria confidentia in Dei miſericordia peccare. (a) 2.

a) *Ne dixeris: peccavi, quid mihi accidit triſte? Altiſſimus enim eſt patiens redditor. De propitiato peccato noli eſſe ſine metu. Neque adjicias peccatum ſuper peccatum. Et ne dicas: Miſericordia Dei magna eſt, multitudinis peccatorum meorum miſerebitur. Miſericordia enim et ira ab illo cito proximant,*

2. De gratia Dei desperare. (b)
3. Agnitae veritati christianae resistere. (c)
4. Proximo, gratiam Dei, quam habet, invidere, et eundem ea de causa odio prosequi. (d)

5. Mo-

---

mant, et in peccatores respicit ira illius. Eccl. V -- 4 - 5 - 6 - 7.

b) *Dicens (Judas) peccavi, tradens sanguinem justum. At illi dixerunt: quid ad nos? et projectis argenteis in templo, recessit, et abiens laqueo se suspendit. Math. XXVII -- 4 -- 5.*

c) *Dura cervice, et incircumcisis cordibus et auribus, vos semper Spiritui sancto resistitis, sicut Patres vestri, ita et vos. Act. Apost. VII - 51. Saulus autem, qui et Paulus, repletus Spiritu sancto, intuens iu eum, dixit: o! plene omni dolo, et omni fallacia, fili diaboli! inimice omnis justitiae, non desinis subvertere vias Domini rectas? Act. Apost. XIII - 9 - 10.*

d) *Factum est autem post multos dies, ut offerret Cain de fructibus terrae munera*

5. Monitiones respuere salutares, et obstinate agere. (e)

6. In impoenitentia deliberate perseverare. (f)

Haec peccata vix ac ne vix quidem in hac, neque altera vita remittentur. (g)

Q. Quid

---

nera Domino. Abel quoque obtulit de primogenitis gregis sui, et de adipibus eorum: et respexit Dominus ad Abel, et ad munera ejus; Ad Cain vero, et ad munera ejus non respexit. Iratusque est Cain vehementer, et concidit vultus ejus. Gen. II -- 3-4-5.

e) *Induratumque est cor Pharaonis: et non audivit eos, sicut praeceperat Dominus. Exod. VII -- 13. Hodie, si vocem ejus audieritis, nolite obdurare corda vestra. Hebr. III -- 7 -- 8.*

f) *Sed qui universa conspicit Dominus Deus Israël, percussit eum insanabili et invisibili plaga: licet ille nullo modo a sua malitia cessaret. 2 Mach. IX -- 5-6.*

g) *Dico vobis: omne peccatum et blasphemia remittetur hominibus, spiritus autem blasphemiae non remittetur. Matth. XII -- 31.*

Q. *Quid eſt in Spiritum ſanctum peccare?*
R. In Spiritum ſanctum peccare, eſt, bonitatem, et gratiam Dei, quae Spiritui ſancto, veluti fonti omnis boni praecipue tribuitur, conſulto malitioſe cum contemtu rejicere.

Q. *Cur dicis peccata haec in Spiritum ſanctum vix ac ne vix quidem in hac, neque in altera vita remitti?*
R. Dico haec peccata in Spiritum ſanctum vix, ac ne vix quidem in hac, neque in altera vita remitti; quia plerumque ejusmodi peccator ad finem uſque malitioſe, et cum contemtu, media ſalutis rejicit.

c. DE PECCATIS IN COELUM CLAMANTIBUS.

Q. *Quae ſunt quatuor illa in coelum clamantia peccata?*
R. Quatuor illa in coelum clamantia peccata ſunt:

1. Homicidium de induſtria. (h)

2. Pec-

---

h) *Dixitque ad eum (Cainum) quid feciſti? vox ſanguinis fratris tui clamat ad me de terra. Gen. IV -- 10.*

2. Peccatum ſodomiticum. (i)
3. Oppreſſio pauperum, viduarum, et orphanorum. (k)
4. Defraudatio mercedis debitae operariorum. (l)

Q. *Cur haec quatuor peccata in coelum clamantia nominantur?*

R. Haec quatuor peccata in coelum clamantia nominantur:

1. Quia de quolibet eorum in ſcriptura ſacra, quoties ſermo de illis eſt, aperte dicitur: quod in coelum clament vindictam. 2.

---

i) *Dixit itaque Dominus: Clamor Sodomorum et Gomorrhae multiplicatus eſt, et peccatum eorum aggravatum eſt nimis. Gen. XVIII -- 20.*

k) *Nonne lacrymae viduae ad maxillam deſcendunt, et exclamatio ejus ſuper deducentem eas? a maxilla enim aſcendunt uſque ad coelum, et Dominus exauditor non delectabitur in illis. Eccl. XXXV -- 18 -- 19.*

l) *Ecce merces operariorum, qui meſſuerunt regiones veſtras, clamat, et clamor eorum in aures Domini Sabaoth intravit. Jac. V -- 4.*

2. Quia per illa peccata divina justitia singulariter ad castigandum inducitur.

d. DE NOVEM ALIENIS PECCATIS.

Q. *Quae sunt illa novem aliena peccata?*

R. Novem aliena peccata sunt haec, videlicet:

1. Consilium alicui ad peccandum dare. (m)
2. Alterum peccare jubere. (n)

3. Alte-

m) *Unus autem ex ipsis Caiphas nomine, cum esset Pontifex anni illius, dixit eis: vos nescitis quidquam, nec cogitatis, quia expedit vobis, ut unus moriatur homo pro populo, et non tota gens pereat. Ioan. XI -- 49 -- 50.*

n) *Scripsit David epistolam ad Joab, misitque per manum Uriae: scribens in epistola: ponite Uriam ex adverso belli, ubi fortissimum est praelium, et derelinquite eum, ut percussus intercat. 2. Reg. XI -- 14 - 15.*

3. Alterius peccato consentire. (o)
4. Alios ad peccandum allicere. (p)
5. Aliorum peccata laudare. (q)

6. Ad

---

o) *Qui non intellexerunt, quoniam qui talia agunt, digni sunt morte; et non solum qui ea faciunt, sed etiam, qui consentiunt facientibus. Rom. I -- 32. Saulus autem erat consentiens neci ejus. Act. Apost. VII -- 59.*

p) *Mulier tulit de fructu illius, et comedit, deditque viro suo, qui comedit. Gen. III - 6. Dixit autem illi uxor sua, adhuc tu permanes in simplicitate tua? Benedic Deo, et morere. Job. II -- 9. Et excogitato consilio fecit duos vitulos aureos, et dixit eis: nolite ultra ascendere in Jerusalem. Ecce dii tui Israël, qui te eduxerunt de terra Aegypti. 3 Reg. XII -- 28.*

q) *Vae! qui dicitis malum bonum, et bonum malum: ponentes tenebras lucem, et lucem tenebras. Isa. V -- 20. Haec dicit Dominus Deus, vae! quae consuunt pulvillos sub omni cubito manus, et faciunt cervicalia sub capite univer-*

sae

6. Ad aliorum peccata obmutescere. (r)
7. Peccata non punire. (s)
8. Peccati alterius participem fieri. (t) 9. Pec-

sae aetatis ad capiendas animas. Ezech. XIII -- 18.

r) *Vide Historiam Pilati. Matth. XXVII.*

s) *Nec corripuit eum pater suus aliquando, dicens: Quare hoc fecisti? Erat autem et ipse pulcher valde secundus natu post Absalom. 3 Reg. I -- 6. Praedixi ei, quod judicaturus essem domum ejus in aeternum propter iniquitatem, eo, quod noverat indigne agere filios suos, et non corripuerit eos. 1 Reg. III -- 13.*

t) *Baltassar rex fecit grande convivium optimatibus suis mille: et unusquisque secundum suam bibebat aetatem. Praecepit ergo jam temulentus, ut afferentur vasa aurea, et argentea, quae asportaverat Nabuchodonosor pater ejus de templo, quod fuit in Jerusalem, ut biberent in eis, rex, et optimates ejus, uxoresque ejus, et concubinae. Dan. V -- 1 - 2.*



9. Peccata alterius defendere. (u)

Q. *Quomodo fit homo peccatorum alienorum reus?*

R. Homo fit alienorum peccatorum reus, quando is caufam praebet, ut aut ab alio committantur, aut etiam non omittantur.

Q. *Cur obligamur impedire malum, fi id noftrae eft poteftatis?*

R. Obligamur, fi id noftrae eft poteftatis, impedire malum: 1. ex jufto amore Dei, cui per peccatum injuria infertur; 2. ex amore proximi, qui per peccatum fibi ipfi damnum procreat; 3. etiam faepius ex officio noftri ftatus.

PARS ALTERA JUSTITIAE CHRISTIANAE:

FAC BONUM.

Q. *Quae eft altera pars Juftitiae chriftianae?*

R. Altera pars Juftitiae chriftianae eft: fac bonum. (a)

Q. *Quid*

u) *Qui juftificat impium, et qui condemnat juftum, abominabilis eft uterque apud Deum. Prov. XVII -- 15.*

a) *Declina a malo, et fac bonum. Pfal. XXXIII -- 15.*

Q. *Quid eſt bonum?*

R. Bonum eſt id, quod mandatis divinis eſt conſentaneum.

Q. *Quid eſt divinis mandatis conſentaneum?*

R. Divinis mandatis ſunt conſentaneae virtutes, et ſanctae actiones.

Q. *Quid eſt virtus chriſtiana generatim conſiderata?*

R. Virtus chriſtiana generatim conſiderata eſt donum Dei, quod animae a Deo cum gratia ſanctificante infunditur, ut voluntas hominis ad ejusmodi actiones facilis, et idonea efficiatur, quae praeceptis Jeſu Chriſti reſpondent, et vita aeterna dignae ſunt. (b)

Q. *Dantur ne plures virtutum ſpecies, ad quarum exercitium chriſtiani obligantur?*

R. Dantur plures virtutum ſpecies, ad quarum exercitium Chriſtiani obligantur; aliae quippe ſunt Theologicae, aliae vero morales virtutes.

---

b) *Deus eſt enim, qui operatur in vobis, et velle, et perficere, pro bona voluntate. Philipp. II -- 13.*



§ 1. DE VIRTUTIBUS THEOLOGICIS.

Q. *Quid ſunt theologicae virtutes?*

R. Theologicae virtutes ſunt illae, quae ad Deum ipſum immediate referuntur.

Q. *Quae ſunt illae theologicae virtutes?*

R. Theologicae virtutes ſunt illae: Fides, Spes, et Charitas. (c)

Q. *Obligatur ne homo ad exercitium harum trium theologicarum virtutum?*

R. Homo ad exercitium harum trium theologicarum virtutum obligatur.

Q. *Qnando praecipue obligatur homo ad exercitium harum trium theologicarum virtutum?*

R. Homo praecipue obligatur ad exercitium harum trium theologicarum virtutum.

1. Simul ac ad uſum venit rationis.
2. Saepius in vita.
3. Tempore vehementioris tentationis, virtutibus his contrariae.

4. In

c) *Nunc autem manent: Spes, Fides, Charitas, tria haec: major autem horum eſt Charitas.* 1 *Cor.* XIII -- 13.

4. In periculo vitae, et in hora mortis.

Q. *Quomodo elicies virtutem Fidei?*
R. Virtutem Fidei ita eliciam:

Credo in te verum, trinum in personis Deum: Patrem, Filium, et Spiritum ſanctum, qui omnia creaſti, omnia conſervas, et omnia dirigis; qui bonum proemio afficis, et malum punis. Credo Filium Dei hominem eſſe factum, ut nos morte ſua in cruce redimeret; credo Spiritum ſanctum ſua nos gratia ſanctificare. Credo et profiteor omne id, quod tu o! Deus revelaſti, quod Jeſus Chriſtus docuit, quod Apoſtoli praedicarunt, et quod Romana Eccleſia catholica nobis credendum proponit. -- Id omne credo, quia tu o! Deus, es aeterna et infinita veritas, et ſapientia, qui nec fallere, nec falli potes. O! Deus auge fidem meam.

Q. *Quomodo virtutem Spei elicies?*
R. Virtutem Spei hoc modo eliciam:

Spero, et confido in tua infinita bonitate et miſericordia o! Deus, quia mihi per infinita merita unigeniti Filii



tui Jesu Christi in hac vita cognitionem, verum dolorem, remissionem meorum peccatorum concedes, post mortem vero salutem aeternam tribues, et facies, ut te de facie ad faciem intueri, amare, et aerternum frui valeam. Spero etiam a te media necessaria ad ea omnia assequenda. Spero id a te, quia promisisti, qui omnipotens, fidus, et infinite bonus, ac misericors es. O! Deus, confirma Spem meam.

Q. *Quomodo virtutem Charitatis elicies?*
R. Virtutem Charitatis ita eliciam:

O! Deus meus, diligo te ex toto corde super omnia, quia tu summum bonum, quia infinite perfectus, et omni dilectione dignissimus es. Etiam ideo te diligo, quia erga me, et omnes creaturas clementissimus es. Desidero ex toto corde, ut te ita diligam, quemadmodum te fidelissimi tui famuli diligunt, atque dilexerunt. Cum eorum dilectione unio meam licet imperfectam dilectionem, auge illam in me o! clementissime Domine magis ac magis; Quia igitur te sincere, et intime diligere cupio, et id ardenter

denter facere adnitor, ex corde proinde doleo, quia te meum ſummum bonum, quod ſuper omnia diligo, te meum Creatorem, Redemtorem, ac Sanctificatorem ad iram incitavi; doleo, quia peccavi, et peccando te meum omnipotentem Deum, meum optimum patrem offendi. Firmiſſime propono omnia peccata, et omnes pravas occaſiones vitare, commiſſa mea magis ac magis deflere, et nihil quidquam iterum contra tuam ſanctiſſimam voluntatem agere. Suſcipe me denuo in filium tuum, et concede mihi gratiam, ut huic meo ſatisfaciam propoſito. Id a te peto per infinita merita tui divini Filii Domini noſtri, et Redemtoris Jeſu Chriſti. *

* *Omnibus, et ſingulis has tres virtutes elicientibus ſeptem annorum indulgentiam Benedictus XIII impertitus eſt; iis porro, qui integro menſe has tres virtutes elicere conſueverunt, praeterea confitentur, et ſanctiſſimam Euchariſtiam ſumunt, non ſolum eo tempore, ſed etiam in hora mortis plenariam indulgentiam conceſſit. quam rem anno 1756 Benedictus XIV confirmavit.*



§ 2 DE MORALIBUS VIRTUTIBUS.

Q. *Quid ſunt virtutes morales?*

R. Virtutes morales ſunt illae, quarum ope mores Chriſtianorum ita componuntur, ut Deo placeant.

Q. *Quae ſunt ex moralibus virtutibus, quarum exercitium Chriſtiano neceſſarium eſt, virtutes Cardinales?*

R. Ex moralibus virtutibus, quarum exercitium Chriſtiano neceſſarium eſt, ſunt iſtae quatuor virtutes cardinales: 1. Prudentia. 2. Temperantia. 3. Juſtitia. 4. Fortitudo.

Q. *Quid eſt chriſtiana Prudentia?*

R. Chriſtiana Prudentia eſt virtus, cujus ope Chriſtianus media ad ſalutem idonea eligit, iis utitur, idque vitat omne, quod ad ſalutem conſequendam impedit.

Q. *Quid eſt chriſtiana Temperantia?*

R. Chriſtiana Temperantia eſt virtus, quae in Chriſtianis inordinatam concupiſcentiam peccandi frenat, et ſolummodo temporalibus moderate uti permittit.

Q. *Quid eſt chriſtiana Juſtitia?*

R. Chri

R. Christiana Justitia est virtus, qua fretus Christianus ea omnia facit, quae Deo, et proximo facere tenetur.

Q. *Quid est christiana Fortitudo?*

R. Christiana Fortitudo est virtus, cujus ope Christianus ex amore Dei omnibus actionibus sanctis, (impedimentis et difficultatibus omnibus posthabitis) manum admovet, et ad finem deducit, paratusque est omnia potius pati, etiam possessiones, ac bona, ipsam quoque vitam amittere, quam quidpiam agere, quod divino est contrarium praecepto.

Q. *Quae sunt illae septem virtutes capitalibus peccatis oppositae?*

R. Modestia opponitur superbiae. (a)
Liberalitas avaritiae. (b)
Castitas luxuriae. (c)
Amor proximi invidiae. (d)

---

a) *Deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam.* 1 *Petr. V* -- 5.

b) *Date, et dabitur vobis. Luc. VI*- 38.

c) *Hi sunt, qui cum mulieribus non sunt coinquinati. Apoc. XIV* -- 4.

d) *Fructus autem spiritus est: Charitas,*



Temperantia Gulae. (e)
Patientia Irae. (f)
Fervor Acediae. (g)

Q. *Quid est modestia?*

R. Modestia est virtus, ope cujus homo de se ipso, et suis dotibus rectum fert judicium; et non (quemadmodum id superbi facere consueverunt) sua tantum bona intuetur, ob quae se ipsum plurimi facit; sed multo magis suarum virium infirmitatem, et errata cognoscit, ac ideo de se submisse sentit.

Q. *Quid*

---

gaudium, pax, patientia, benignitas. Gal. V -- 22 --- 23. Vide exemplum Jonathae erga Davidem. 1 Reg. XVIII et XXIII.

e) *Vigilemus, et sobrii simus. 1 Thes. V-6. Vide exemplum trium puerorum, qui spretis regiis dapibus, oleribus contenti vixerunt. Dan. I.*

f) *Fructus spiritus est: Patientia et mansuetudo. Gal. V - 22 - 23. Vide exemplum Davidis erga Semei. 2 Reg. XVI.*

g) *Spiritu ferventes. Rom. XII -- 11.*

Q. *Quid eſt liberalitas?*

R. Liberalitas eſt virtus, cujus uſus eſt, quoties indigentibus hominibus de noſtro libenter, et re ipſa pro ratione facultatum ſubvenimus.

Q. *Quid eſt caſtitas?*

R. Caſtitas eſt virtus, quam exercemus, cum ab omnibus prohibitis, et illicitis voluptatibus corporis cogitatione, verbo, et opere abſtinemus.

Q. *Quid eſt amor?*

R. Amor eſt virtus, qua de felicitate aliorum laetamur, et etiam adjuvamus.

Q. *Quid eſt temperantia?*

R. Temperantia, ut oppoſita gulae, eſt virtus, qua inordinatae cibi, et potus appetentiae reſiſtimus, atque utroque moderate utimur.

Q. *Quid eſt patientia?*

R. Patientia eſt virtus, cum homo adverſitates, ad divinam ſe ſe voluntatem conformando, ſuſtinet.

Q. *Quid eſt fervor in bono?*

R. Fervor in bono eſt virtus, quam exercemus, cum diligentiſſime facimus ea, quae Deum, et ſalutem animae reſpiciunt.

§ 3.



§ 3. DE IIS, QUAE ETIAM AD JUSTITIAM CHRISTIANAM PERTINENT.

Q. *Quae praeterea ad Justitiam christianam pertinent?*

R. Ad Justitiam praeterea christianam pertinent officia, quae Jesus Christus imperavit.

Q. *Quae sunt illa officia, quae Jesus Christus imperavit?*

R. Officia, quae Jesus Christus imperavit, sunt haec, videlicet:

1. Primum quaerere regnum Dei, et justitiam ejus. (h)
2. Se ipsum abnegare. (i)
3. Adversitates ferre. (k)
4. Christum imitari. (l)

5. Man-

---

h) *Quaerite ergo primum regnum Dei, et justitiam ejus. Matth. VI -- 33.*

i) *Christus exigit ab his, qui discipuli ejus esse volunt: Matth. XVI - 24. et Luc. IX -- 23. Siquis vult post me venire, abneget se ipsum.*

k) *Et tollat crucem suam.*

l) *Et sequatur me.*

5. Manſuete, et modeſte vivere. (m)
6. Inimicos diligere, et beneface-re his, qui nos oderunt; pro iis orare, qui nos offendunt, et per-ſequuntur. (n)

§ 4. DE OCTO BEATITUDINIBUS.

Q. *Quae inſuper ad Juſtitiam chriſtianam pertinent?*

R. Ad Juſtitiam inſuper chriſtianam pertinent illae octo excellentes vir-tutes, quas Chriſtus Dominus in mon-te docuit, et ob quas hominem bea-tum pronuntiavit, (o) ſunt hae, vi-delicet:

1. Bea-

---

m) *Tollite jugum meum ſuper vos, et di-ſcite a me, quia mitis ſum, et humi-lis corde. Matth. XI -- 29.*

n) *Diligite inimicos veſtros, benefacite his, qui oderunt vos, et orate pro per-ſequentibus et calumniantibus vos: ut ſitis filii Patris veſtri, qui in coelis eſt: qui ſolem ſuum oriri facit ſuper bonos, et malos, et pluit ſuper juſtos, et injuſtos. Matth. V -- 44 -- 45.*

o) *Matth. V -- 1 uſque ad 11.*



1. Beati pauperes ſpiritu: quoniam ipſorum eſt regnum coelorum.
2. Beati mites: quoniam ipſi poſſidebunt terram.
3. Beati, qui lugent: quoniam ipſi conſolabuntur.
4. Beati, qui eſuriunt, et ſitiunt juſtitiam: quoniam ipſi ſaturabuntur.
5. Beati miſericordes: quoniam ipſi miſericordiam conſequentur.
6. Beati mundo corde: quoniam ipſi Deum videbunt.
7. Beati pacifici: quoniam filii Dei vocabuntur.
8. Beati, qui perſecutionem patiuntur propter juſtitiam: quoniam ipſorum eſt regnum coelorum.

§ 5. DE BONIS OPERIBUS, ATQUE FRUCTU EORUM.

Q. *Quae ſunt opera bona hominis chriſtiani?*

R. Opera bona hominis chriſtiani ſunt ſanctae actiones, quae Deo placent, et homini chriſtiano, qui eas exercet, fructum adferunt.

Q. *Cui*

Q. *Cui bono ſunt opera bona?*

R. Opera bona ſunt ad ſalutem animae neceſſaria; fides quippe ſine operibus mortua eſt. (p)

Q. *Quid lucramur bonis operibus?*

R. Bonis operibus lucramur gratiae ſanctificantis augmentum, temporalia, et aeterna proemia, quae Deus ex ſua gratia promiſit his, qui faciunt bonum. (q)

Q. *Poſſunt ne homines propriis viribus bona agere opera?*

R. Opera bona, quae ad ſalutem animae neceſſaria, et apud Deum meritoria ſunt, non poteſt homo propriis viribus, bene autem juvante divina gratia, agere. (r)

Q.

p) *Sicut corpus ſine ſpiritu mortuum eſt, ita et fides ſine operibus mortua eſt. Jac. II -- 26.*

q) *Juſti autem in perpetuum vivent, et apud Dominum eſt merces eorum, et cogitatio illorum apud Altiſſimum. Ideo accipient regnum decoris, et diadema ſpeciei de manu Domini. Sap. V-16-17.*

r) *Deus eſt enim, qui operatur in vobis*

et



Q. *Qualia ſint neceſſe eſt bona opera, ut apud Deum vitam aeternam mereantur?*

R. Opera bona, ut apud Deum vitam aeternam mereantur, neceſſe eſt, ut fiant ab homine.

1. In ſtatu gratiae conſtituto.
2. Voluntarie.
3. Non ex ipſis cauſis naturalibus, aut etiam vanis rationibus, ſed ſolius Dei gratia.

DE BONIS OPERIBUS SPECIATIM.

Q. *Quae ſunt praecipua bona opera?*

R. Praecipua bona opera ſunt: Oratio. (s) Jejunium, (t) et Eleemoſyna. (u)

Q. *Cur*

---

et velle, et perficere pro bona voluntate. Philipp. II -- 13. Non quod ſufficientes ſumus cogitare aliquid a nobis, quaſi ex nobis, ſed ſufficientia noſtra ex Deo eſt. 2 Cor. III -- 5.

s) *Dicebat autem et parabolam ad illos, quoniam oportet ſemper orare, et non deficere. Lrc. XVIII 1. Sine intermiſſione orate. 1 Theſ. V -- 17.*

t) *Convertimini ad me in toto corde veſtro,*

Q. *Cur haec tria bona opera nominantur praecipua?*

R. Oratio, jejuninm, et eleemoſyna tria haec nominantur bona opera praecipua ideo, quia omne id, quod bonum atque meritorium facere poſſumus, ad unum horum trium refertur.

Q. *Quid intelligis per orationem?*

R. Hic per orationem intelligo omnes pias actiones, quibus Deum, et ſanctos ejus honoramus.

Q. *Quid intelligis per jejunium?*

R. Per jejunium intelligo non ſolum ex inſtitutione Eccleſiae, aut etiam ex

---

ſtro, in jejunio, et fletu, et planctu Joel. II -- 12. Tu autem, cum jejunas, unge caput tuum, et faciem tuam lava: ne videaris hominibus jejunans, ſed patri tuo, qui eſt in abſcondito, et Pater tuus, qui videt in abſcondito, reddet tibi. Matth. VI -- 17 -- 18.

u) *Te autem faciente eleemoſynam; neſciat ſiniſtra tua, quid faciat dextera tua. Ut ſit eleemoſyna tua in abſcondito, et Pater tuus, qui videt in abſcondito, reddet tibi. Matth. VI -- 24.*

ex voluntate propria cibi et potus quantitatis imminutionem, ſed etiam, quemadmodum ſacra ſcriptura dicit, aliorum operum poenitentiae exercitium, item a peccatis continentiam.

Q. *Quid intelligis per eleemoſynam?*

R. Per eleemoſynam intelliguntur omnia corporalia, et ſpiritualia miſericordiae opera.

Q. *Quae ſunt illa miſericordiae opera corporalia?*

R. Opera miſericordiae corporalia ſunt haec ſeptem: (w)

1. Eſurientes paſcere.
2. Potum dare ſitientibus.
3. Peregrinos hoſpitio excipere.
4. Nudos veſtire.

5. Ae-

w) *Eſurivi enim, et dediſtis mihi manducare: Sitivi, et dediſtis mihi bibere; hoſpes eram, et collegiſtis me: Nudus, et cooperuiſtis me: Infirmus, et viſitaſtis me: in carcere eram, et veniſtis ad me: Amen dico vobis, quamdiu feciſtis uni ex his fratribus meis minimis, mihi feciſtis. Matth. XXV-* 35 - 36 - 40.

5. Aegros invifere.
6. Captivos redimere.
7. Mortuos fepelire.

Q. *Quae funt opera mifericordiae fpiritualia?*

R. Opera mifericordiae fpiritualia funt haec feptem.

1. Peccantes corrigere. (a)
2. Ignorantes docere. (b)
3. Dubitantibus recte confulere. (c)

Moe-

a) *Si autem peccaverit in te frater tuus, vade, et corripe eum inter te, et ipfum folum, fi te audierit, lucratus eris fratrem tuum. Si autem te non audierit: adhibe tecum adhuc unum vel duos, ut in ore duorum vel trium teftium ftet omne verbum. Quod fi non audierit eos, dic Ecclefiae. Si autem Ecclefiam non audierit; fit tibi ficut ethnicus, et publicanus. Matth. XVIII -- 15 - 16 - 17.*

b) *Qui mifericordiam habet, docet, et erudit, quafi paftor gregem fuum. Eccl. XVIII -- 13.*

c) *Si eft tibi intellectus, refponde proximo. Eccl. V c- 14.*

4. Moeſtos conſolari. (d)
5. Injuriam patienter ferre. (e)
6. His, qui nos offenderunt, libenter parcere. (f)
7. Pro vivis, atque defunctis Deum orare. (g)

Q. *Quae ſunt conſilia evangelica?*

R. Haec tria ſunt conſilia evangelica; vide-

---

d) *Non deſis plorantibus in conſolatione, et cum lugentibus ambula. Eccl. VII-38. Omnis injuriae proximi, ne memineris. Eccl. X-- 6.*

e) *Si bene facientes, patienter ſuſtinetis; haec eſt enim gloria apud Deum. 1. Petr. II -- 20.*

f) *Dimittite, et dimittetur vobis. Luc. VI-37. Si enim dimiſeritis hominibus peccata eorum, dimittet et vobis Pater veſter coeleſtis delicta veſtra. Si autem non dimiſeritis hominibus, nec Pater veſter dimittet vobis peccata veſtra. Matth. VI -- 14 -- 15. Pater dimitte illis, quia neſciunt, quid faciunt. Luc. XXIII -- 24.*

g) *Orate pro invicem, ut ſalvemini. Jac. V -- 16.*

videlicet: 1. Paupertas voluntaria. (h) 2. Castitas perpetua. (i) 3. Obedientia non interrupta (k) superiori spirituali.

Q. *Cur haec tria consilia evangelica nominantur?*

R. Haec tria nominantur consilia evangelica, quia ista Christus Dominus in Evangelio nemini singillatim imperavit, sed solummodo suasit.

R AP-

---

h) *Ait illi Jesus: si vis perfectus esse, vade, vende, quae habes, et da pauperibus, et habebis thesaurum in coelo, et veni, sequere me. Matth. XIX-21.*

i) *Sunt enim eunuchi, qui de matris utero sic nati sunt: et sunt eunuchi, qui facti sunt ab hominibus: et sunt eunuchi, qui se ipsos castraverunt propter regnum coelorum. Qui potest capere, capiat. Matth. XIX -- 12.*

k) *Si quis vult post me venire, abneget semetipsum, et tollat crucem suam, et sequatur me. Matth. XVI -- 24.*





APPENDIX.

DE QUATUOR NOVISSIMIS.

Q. *Quae ſunt illa quatuor noviſſima?*
R. Iſta quatuor noviſſima ſunt: Mors, Judicium, Infernus, et Coelum.

a. DE MORTE.

Q. *Quid eſt mors?*
R. Mors eſt ſeparatio animae a corpore.
Q. *Omnibus ne hominibus moriendum eſt?*
R. Omnibus hominibus moriendum eſt. (a)
Q. *Quo pacto fit iſtud, ut omnes homines moriantur?*
R. Quod omnes homines moriantur, cauſa eſt peccatum, quod Adam in paradiſo commiſit. Niſi Adam peccaſſet, etiam corpus immortale manſiſſet perpetim. Mors eſt poena peccati. (b)

Q. *Quo*

---

a) *Statutum eſt hominibus, ſemel mori.* Hebr. IX -- 27.

b) *Sicut per unum hominem peccatum in hunc*

Q. *Quo tempore? et quomodo moriendum?*
R. Tempus, et modus moriendi ſunt nobis ignota. (c)
Q. *Quid faciendum, quoniam nobis tempus, et moriendi modus ſunt ignota?*
R. Quoniam nobis tempus, et moriendi modus ignota ſunt, proinde ad mortem parati ſimus neceſſe eſt. (d)
Q. *Qualis eſt mors piorum?*

 R. Bea-

---

hunc mundum intravit, et per peccatum mors, et ita in omnes homines mors pertranſiit, in quo omnes peccaverunt. Rom. V -- 12. Stipendia peccati mors. Rom. VI -- 23.

c) *Neſcit homo finem ſuum, ſed ſicut piſces capiuntur hamo, et ſicut aves laqueo comprehenduntur, ſic capiuntur homines in tempore malo, cum eis extemplo ſupervenerit. Eccl. IX -- 12. Vigilate igitur, quia neſcitis diem, neque horam. Matth. XXV -- 13.*

d) *Vigilate ergo, quia neſcitis, qua hora Dominus veſter venturus ſit. Ideo et vos eſtote parati, quia, qua neſcitis hora filius hominis venturus eſt. Matth. XXIV -- 42 -- 44.*



R. Beata eſt mors piorum. (e)
Q. *Qualis eſt mors impiorum?*
R. Infeliciſſima eſt mors impiorum. (f)

b. DE JUDICIO.

Q. *Quid de judicio notandum?*
R. De judicio id eſt notandum, quod Chriſtus Jeſus cujuslibet hominis animam illico poſt mortem ſpeciatim, (a) in fine porro mundi omnes homines ſimul cum anima et corpore ſit judicaturus. (b)
Q. *Quomodo Jeſus Chriſtus judicabit?*
R. Jeſus Chriſtus quemlibet hominem, ſecundum uniuscujusque cogitationes

---

e) *Pretioſa eſt in conſpectu Domini mors ſanctorum ejus. Pſ. CXV -- 15. Vide exemplum Lazari. Luc. XVI -- 22.*
f) *Mors peccatorum peſſima. Pſ. XXXIII. 22. Vide exemplum impii Epulonis. XVI -- 22.*
a) *Statutum eſt hominibus ſemel mori, poſt hoc autem judicium. Hebr. IX -- 27.*
b) *Omnes enim nos manifeſtari oportet ante tribunal Chriſti, ut referat unusquisque*



nes, verba et opera judicabit. Bonum proemio, malum poena afficiet. (c)

Q. *Quid excipit judicium?*

R. Judicium excipit executio ſententiae, quae ratione animae illico poſt judicium particulare, ratione vero corporis, poſt univerſale fit judicium.

Q. *Quae ſententia expectat animam poſt judicium particulare?*

R. Animam poſt judicium particulare expectat aut poena ignis purgatorii, aut ignis inferni, aut etiam ſententia, ut coelum ſubeat.

Q. *Quid eſt Purgatorium?*

R. Purgatorium eſt locus, in quo animae poenam temporalem pro pecca-

---

quisque propria corporis, prout geſſit, ſive bonum, ſive malum. 2 Cor. V - 10.

c) *Filius enim hominis venturus eſt in gloria Patris ſui, cum angelis ſuis, et tunc reddet unicuique ſecundum opera ejus. Matth. XVI - 27. Et procedent hi, qui bona fecerunt in reſurrectionem vitae: qui vero mala egerunt, in reſurrectionem judicii. Ioan. V -- 29.*

tis luunt, pro quibus in hac vita non ſatisfecerunt.

Q. *Quae animae ad ignem purgatorii damnabuntur?*

R. Illae animae ad ignem purgatorii damnabuntur, quae quamvis in gratia Dei exiſtentes a corpore diſceſſerunt, pro peccatis attamen ſuis, quae unitae corpori commiſerunt, non fecerunt divinae juſtitiae ſatis.

Q. *Quas poenas animae patiuntur in purgatorio?*

R. Animae patiuntur in purgatorio praeſertim ea de cauſa plurimum, quod Deum, quem videre, et eo frui aeternum ardenter cupiunt, non videant. Praeterea patiuntur poenas, quas divina juſtitia in easdem ſtatuit.

Q. *Poſſunt ne animae in purgatorio juvari?*

R. Animae in purgatorio juvari poſſunt, 1. et praecipue oblatione ſanctiſſimi Miſſae ſacrificii. 2. Orationibus. 3. Aliis bonis operibus.

Q. *Tenemur ne ad auxilium animabus in purgatorio ferendum?*

R. Tenemur generatim ad auxilium omni-

mnibus animabus in purgatorio ex charitate ferendum. Jam vero animas parentum, et benefactorum juvare tenemur teſtificandi grati animi cauſa.

Q. *Quamdiu animae defunctorum in purgatorio morantur?*

R. Quamdiu animae defunctorum in purgatorio morentur, divinare non eſt noſtrum; id tamen tenendum eſt, eas diutius, aut brevius manſuras, quemadmodum Deum plus, aut minus offenderunt, plus aut minus in hac vita pro ſuis culpis fecerunt ſatis, tum etiam quemadmodum a fidelibus oratione, et aliis bonis operibus magis, aut minus juvantur.

c. DE INFERNO.

Q. *Quid eſt Infernus?*

R. Infernus eſt locus, in quo damnati aeternum plectentur.

Q. *Quis damnatur orco?*

R. Is damnatur orco, qui lethalis peccati reus ex hac vita diſcedit.

Q. *Quas poenas damnati patientur in inferno?*

R. Dam-



R. Damnati in inferno.

1. Visione et consuetudine Dei aeternum privabuntur. (a)

2. Ignem aeternum patientur: (b) aeternas tenebras: (c) ejulabunt, et dentibus stridebunt: (d) perpetuum conscientiae remorsum sentient: angore atque desperatione cruciabuntur: (e) omnia, qui-

---

a) *Discedite a me maledicti in ignem aeternum, qui paratus est diabolo, et angelis ejus. Matth. XXV -- 41. Et in his omnibus inter nos et vos chaos magnum firmatum est: ut his, qui volunt hinc transire ad vos, non possint: neque inde huc transmeare. Luc. XVI -- 26.*

b) *Ubi vermis eorum non moritur, et ignis non extinguitur. Marc. IX -- 47.*

c) *Filii autem regni ejicientur in tenebras exteriores: ibi erit fletus, et stridor dentium. Matth. VIII -- 12.*

d) *Ibi erit fletus, et stridor dentium. Matth. XXII -- 13.*

e) *Ubi vermis eorum non moritur. Marc. IX-*

quibus affligitur corpus et anima, perpetim patientur: (f) id est: omnia haec nullo fine, nulla spe levaminis, aut redemtionis accedente patientur. (g)

Q. *Quid consideratio poenarum inferni operatur in nobis?*

R. Consideratio poenarum inferni operatur in nobis, ut peccata vitemus, commissa luamus, et pro iisdem faciamus satis. Magnitudo, et perpetuitas poenarum inferni docet nos, quam horrendum sit in manus viventis Dei incidere. (h)

d. DE COELO.

Q. *Quid est coelum?*

R. Coe-

IX - 43. Vermis eorum non morietur. Isai. LXVI -- 24.

f) *Dives queritur: crucior in hac flamma. Luc. XVI -- 24. Omnis dolor irruet super eum. Job. XX -- 22.*

g) *Qui poenas dabunt in interitu aeternas a facie Domini, et a gloria virtutis ejus. 2 Thes. I -- 9.*

h) *Horrendum est incidere in manus Dei viventis. Hebr. X -- 31.*

R. Coelum eſt beatiſſima ſanctorum habitatio, ubi Deus ſe ſuis fideliſſimis famulis de facie ad faciem videndum praebet, et ipſe eorum maximum eſt proemium.

Q. *Quis coelum ingreditur?*

R. Coelum ingreditur is, qui in gratia Dei ex hac vita diſcedit. (a) Tum etiam is, qui pro ſuis peccatis, aut in hac, aut in altera vita fecit ſatis.

Q. *Eſt ne magnum in coelo gaudium?*

R. Gaudium in coelo eſt ita magnum, ut ſatis de eo dici non poſſit. (b)

Q. *In quo conſiſtit coeleſte gaudium?*

R. Coeleſte gaudium in eo conſiſtit, videlicet: Electi

1. De-

---

a) *Qui ad finem uſque perſeveraverit, hic ſalvus erit. Matth. X -- 22.*

b) *Quod oculus non vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis aſcendit, quae praeparavit Deus iis, qui diligunt illum. 1 Cor. II -- 9. Tunc autem facie ad faciem videbimus Deum. Nunc cognoſco ex parte: tunc autem cognoſcam, ſicut et cognitus ſum 1. Cor. XIII -- 12.*

1. Deum facie ad faciem, ita, quemadmodum in se eſt, videbunt aeternum, diligent, atque eo fruentur. (c)
2. Omni, quod modo cogitari poteſt, bono corporis, et animae abundabunt perpetim. (d)
3. Ab omnibus etiam minutiſſimis malis liberabuntur. (e)

Q. Dan-

---

c) *Scimus, quoniam cum apparuerit, ſimiles ei erimus, quoniam videbimus Deum, ſicuti eſt. 1 Ioan. III -- 2.*

d) *Benedictus Deus, et Pater Domini noſtri Jeſu Chriſti, qui ſecundum miſericordiam ſuam regeneravit nos in ſpem vivam per reſurrectionem Jeſu Chriſti ex mortuis, in haereditatem incorruptibilem, et incontaminatam, et immarceſcibilem conſervatam in coelis in vobis. 1 Petr. I - 3 - 4 - 8 - 9.*

e) *Agnus, qui in medio throni eſt, reget illos, et deducet eos ad vitae fontes aquarum: et abſterget Deus omnem lacrymam ab oculis eorum. Apoc. VII - 17. Abſterget Deus omnem lacrymam*

ab



Q. *Dantur ne aliqui coeleſtis gaudii gradus?*

R. Dantur aliqui coeleſtis gaudii gradus: quo quis plus boni in hac vita egit, eo etiam majore afficietur praemio. (f)

Q. *Conſideratio coeleſtis gaudii quid nobis boni affert?*

R. Conſideratio coeleſtis gaudii docet nos:

1. Ferendas eſſe adverſitates, et labores omnes patienter; aerumnae ſiquidem hujus ſeculi nihil ſunt, reſpectu

---

ab oculis eorum, et mors ultra non erit, neque luctus, neque clamor, neque dolor erit ultra, quia prima abierunt. Apoc. XX*I - 4 - 6.*


f) *Qui parce ſeminat, parce et metet, et qui ſeminat in benedictionibus, de benedictionibus et metet.* 2 *Cor.* IX *- 6. Alia claritas ſolis, alia claritas lunae, et alia claritas ſtellarum; ſtella enim a ſtella differt in claritate. Sic et reſurrectio mortuorum. Seminatur in corruptione, ſurget in incorruptione.* 1 *Cor. XV - 41 -- 42.*

ſpectu gloriae, quae in nobis revelabitur. (g)

2. Omne hujus ſeculi gaudium non eſſe comparandum cum illo, quod in coelo futurum eſt.

---

g) *Exiſtimo, quod non ſint condignae paſſiones hujus temporis ad futuram gloriam, quae revelabitur in vobis. Rom. VIII -- 18.*





PAGINA	LINEA	ERRATA	CORREC:
4.	8.	ſunt	ſint
10.	8.	tnenda	tenenda
40.	13.	andidens	audiens
57.	22.	Tu eſt,	Tu es
71.	14.	beneficis	beneficiis
79.	16.	Deum	A Deo
82.	24.	ſtguli	figuli
99.	18.	langanimi tatis	longanimi tatis
102.	7.	Eccleſta	Eccleſia
114.	16.	meledixit	maledixit
126.	22.	depoſitum	depoſitum
132.	4.	cupidita	cupiditates
134.	19.	miſericordias	miſericordiam
188.	6.	imperſecta	imperfecta
190.	4.	conſltendi	confitendi
206.	21.	Eccldſia	Eccleſia.









